Agitatum... laturus. 1-o *Caesaris:* Pisona. 2-o *Majore... laturus:* do *major praetextus* miało się przyczynić poselstwo Pisonowi, a Piso poselstwu. 3-o *Praetextu: i. e. ornamento;* tak c. 76, *Sen. ep.* 71: *pulcherrimum reipublicae praetextum optimates.* 4-o *Illi: scil. laturi.* 5-o *Auctoritatem:* pismo zawierające *auctoritatem*, t. j. uchwałę senatu, która przyznawała Galbie imperatorstwo. Przyczyna postanowienia w c. 12: *Superioris... permisit. Auctoritas* w znaczeniu pisma zawierającego postanowienie w *Cod. Theod.* II 27, 1:

praefectum simul mitti: is consilio intercessit. legati quoque, nam senatus electionem Galbae permiserat, foeda inconstantia, nominati, excusatis substituti, ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vel spes inpulerat.

XX. Proxima pecuniae cura, et, cuncta scrutantibus, iustissimum visum est inde repeti, ubi inopiae causa erat. bis et viciens milies sestertium donationibus Nero effuderat. appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. at illis vix decumae super portiones erant, isdem erga aliena sumptibus, quibus sua prodegerant, cum rapacissimo cuique ac perditissimo non agri aut faenus, sed sola instrumenta vitiorum manerent. exactionis triginta equites Romani praepositi, novum officii genus, et ambitu ac numero onerosum. ubique hasta et sector, et inquieta urbs actionibus: ac tamen grande gaudium, quod tam pauperes forent, quibus donasset Nero, quam quibus abstulisset. exauctorati

auctoritatem postibus debitoris affigere.

Legati... inpulerat. 1-o *Legati:* którzy mieli powieść *auctoritatem.* 2-o *Quoque:* wiąże *legati* z *Laconem.* Laco nie był *legatus*, bo się wymówił (*consilio intercessit*). 3-o *Nam... permiserat:* uzasadnia wyrazy *foeda inconstantia* (*scil. Galbae;* o niej c. 7: *Galbam:... ingenii*). 4-o *Excusatis: reflexivum: dativus* zależny od *substituti.* 5-o *Substituti*: insi niż *nominati* i *excusati.*

Proxima... erat. 1-o *Proxima:* względnie do troski o następcę; sięga z konieczności czasu dawniejszego, gdyż inaczej niestarczyłoby go na zaspokojenie, opisane (niżej) w *appellari... abstulisset;* troska o następcę że była dawną, widać z c. 12*: consilium... fuerat.*

Faenus: kapitał; *Plin. h. n.* II 63: *terra creditum faenus reddit.*

Exactionis... onerosum. 1-o *Exactionis:* tak w rękopisach; odpowiednio *praepositi* jest rzeczownik, jak w c. 36. 2-o *Ambitu:* zabiegi czynione przez *appellati* do *praepositi.* 3-o *Numero: scil. appellatorum.* 4-o *Onerosum: scil. praepositis.*

Ubique... actionibus. 1-o *Sector: Gaii inst.* IV 46*: sectores vocantur, qui publice bona mercantur.* 2-o *Actionibus:* procesy; tak IV 44.

per eos dies tribuni, e praetorio Antonius Taurus et Antonius Naso, ex urbanis cohortibus Aemilius Pacensis, e vigiliis Iulius Fronto, nec remedium in ceteros fuit, sed metus initium, tamquam per artem et formidinem singuli pellerentur omnibus suspectis.

XXI. Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant, luxuria etiam principi onerosa, inopia vix privato toleranda, in Galbam ira, in Pisonem invidia; fingebat et metum, quo magis concupisceret: praegravem se Neroni fuisse, nec Lusitaniam rursus et alterius exilii honorem expectandum: suspectum semper invisumque dominantibus, qui proximus destinaretur; nocuisse id sibi apud senem principem, magis nociturum apud iuvenem, ingenio trucem et longo exilio efferatum: occidi Othonem posse. proinde agendum audendumque, dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset: opportunos magnis conatibus transitus rerum, nec cunctatione opus, ubi perniciosior sit quies quam temeritas, mortem, omnibus ex natura aequalem, oblivione apud posteros vel gloria distingui, ac si nocentem innocentemque idem exitus maneat, acrioris viri esse merito perire.

XXII. Non erat Othonis mollis et corpori similis animus, et intimi libertorum servorumque, corruptius quam in privata domo habiti, aulam Neronis et luxus,

Exauctorati... suspecti. 1-o *Exauctorati... Fronto:* celem obezwładnienia niechętnych Galbie (c. 5.) wojsk miejskich. 2-o *Ceteros: scil. milites urbanos.* 3-o *Formidinem: scil. Galbae;* ze strachu.

Destinaretur: scil. a civitate ut proximus futurus princeps.

Intimi... retinebitur. 1-o *Corruptius: s. v. Pacensis... avidus* 4-o II 12. 2-o *Habiti: i. e. tractati;* tak cc. 8,79, IV 14. 3-o *Potentibus infidum: scil. quibus rerum potiti fidere non possunt.* 4-o *Sperantibus: scil. se rerum potentes futuros;* taksamo *absolute* w II 78. 5-o *Vetabitur:* ostat-

adulteria matrimonia ceterasque regnorum libidines avido talium, si auderet, ut sua ostentantes, quiescenti ut aliena exprobrabant, urguentibus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni annum observatione siderum adfirmant, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur. multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant; e quibus Ptolemaeus, Othoni in Hispania comes, cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore, ut in imperium adscisceretur. sed Otho tamquam peritia et monitu fatorum praedicta accipiebat, cupidine ingenii humani libentius obscura credendi. nec deerat Ptolemaeus iam et sceleris instinctor, ad quod facillime ab eius modi voto transitur.

XXIII. Sed sceleris cogitatio incertum an repens: studia militum iam pridem spe successionis aut paratu facinoris adfectaverat, in itinere, in agmine, in stationibus vetustissimum quemque militum nomine vocans ac memoria Neroniani comitatus contubernales appellando; alios adgnoscere, quosdam requirere et pecunia aut gra-

nie prawo banicyjne z r. 52 (*Ann.* XII 52); w II 62 wyjdzie nowe; ale mimo to, wedle II 78, *nec erat* (*scil. Vespasianus*)... *habuerit.*

E... adscisceretur. 1-o *E quibus:* Otho poszedł do Hiszpanii (Lusitanii) w r. 58-m (*Ann.* XIII 46); z nim Ptolemaeus jako *comes*; Poppaea została żoną Nerona w r. 62-m (*Ann.* XIV 60); więc Ptolemaeus nie był z tych *mathematici*, przez których została żoną Nerona, a *e quibus* odnosi się do tych, których miała przed odjazdem Othona. 2-o *Hispania: scil. Lusitania; Pomp. Me.* 6: (*Hispania*) *tribus* (...) *est distincta nominibus* (...); *pars Lusitania vocatur.* 3-o *Computantium: i. e. considerantium; Plin. h. n.* IX 58; *computet nunc aliquis... quantum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint.*

tia iuvare, inserendo saepius querellas et ambiguos de Galba sermones, quaeque alia turbamenta vulgi. labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii atrocius accipiebantur, cum, Campaniae lacus et Achaiae urbes classibus adire soliti, Pyrenaeum et Alpes et inmensa viarum spatia aegre sub armis eniterentur.

XXIV. Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudens, e proximis Tigellini. is mobilissimum quemque ingenio aut pecuniae indigum et in novas cupiditates praecipitem adliciendo eo paulatim progressus est, ut, per speciem convivii, quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret; quam velut publicam largitionem Otho secretioribus apud singulos praemiis intendebat, adeo animosus corruptor, ut Cocceio Proculo speculatori de parte finium cum vicino ambigenti universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dederit, per socordiam praefecti, quem nota pariter et occulta fallebant.

XXV. Sed tum, e libertis, Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum et Veturium optionem eorundem perductos, postquam vario sermone callidos audacesque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertemptandos plurium animos. suscepere duo manipulares imperium populi Romani transferendum et transtulerunt.

Flagrantibus... Tigellini. 1-o *Militum: scil. praetorianorum.* 2-o *E... Tigellini:* dla tego wróg Galby.

De... fallebant. 1-o *Finium: scil. agri;* tak w cc. 8, 53, prawdopodobnie IV 75. 2-o *Praefecti: scil. praetorianorum:* o nich cały c. 24. Był nim Laco (c. 13). 3-o *Nota:* opisane w c. 24. 4-o *Occulta:* opisane w c. 25.

Sed... onerat. 1-o *Sed:* wraca do c. 22: *sceleris... transitur.* 2-o *Onerat: i. e. cumulat;* tak w znaczeniu obsypywania czemciś pożądanem w IV 39, *Liv.* X 14.

in conscientiam facinoris pauci adsciti: suspensos ceterorum animos diversis artibus stimulant, primores militum per beneficia Nymphidi ut suspectos, vulgus et ceteros ira et desperatione dilati totiens donativi: erant quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiae accenderet: in communi omnes metu mutandae militiae terrebantur.

XXVI. Infecit ea tabes legionum quoque et auxiliorum motas iam mentes, postquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem; adeoque parata apud malos seditio, etiam apud integros dissimulatio fuit, ut postero iduum die redeuntem a cena Othonem rapturi fuerint, ni incerta noctis et tota urbe sparsa militum ca-

Pauci adsciti. 1-o *Pauci:* z *plurium;* następne *ceterorum* stanowi dopełnienie liczby *plurium;* jeszcze dalsze *omnes* wyraża wszystkich pretoryanów. 2-o *Adsciti: scil. a duobus manipularibus.*

Suspensos... donativi. 1-o *Per... Nymphidi:* odnosi się do *suspectos* (*s. v. si... relinquerentur* c. 65). 2-o *Beneficia: i. e. promotiones ad militares gradus;* tak IV 84. 3-o *Et* (*ceteros*): *explicativum.*

In... terrebantur. 1-o *In communi:* tak w rękopisach. 2-o *Mutandae*: z pretoryańskiej na mniej korzystną.

Postquam... fidem: odnosi się do *motas.*

Adeoque... destinaretur. 1-o *Parata:* przysposobiona; nie odnosi się do *dissimulatio.* 2-o *Malos:* należących do buntu, w przeciwieństwie do *integros*, którzy, chociaż wszyscy buntowniczo usposobieni, jednak do spisku nienależeli. 3-o *Dissimulatio:* udawanie, że się niewie, niewidzi; tak c. 73, II 29, 71, 82, IV 18, 24. 4-o *Ut... destinaretur:* odnosić się może tylko do *adeoque... seditio* (*scil. fuit*)*:* jest więc *etiam... fuit* nawiasem. 5-o *Postero... die*: *scil. primo post Idus die* (*s. v. laeva maris* II 2). 6-o *Rapturi: scil. duo manipulares* i *in... adsciti* (c. 25). 7-o *Militum: scil. aliorum quam praetorianorum* (c. 31: *electos... atrio*). 8-o *Temulentos:* oni sami, spiskowcy, byliby pijani, jako po wieczerzy (*redeuntem... Othonem*). 9-o *Quisque: i. e. quisquis;* tak cc. 11, 57. 10-o *Oblatus*: *reflexivum.* 11-o *Ignorantibus: scil. Othonem militibus;* nieznających; odpowiednio *ignoratus*, niepoznany, w III 23, 74, IV 36.

stra nec facilem inter temulentos consensum timuissent, non rei publicae cura, quam foedare principis sui sanguine sobrii parabant, sed ne per tenebras ut quisque Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ignorantibus plerisque, pro Othone destinaretur. multa, erumpentibus, seditionis indicia per conscios oppressa: quaedam apud Galbae aures praefectus Laco elusit, ignarus militarium animorum, consiliique, quamvis egregii, quod non ipse adferret, inimicus et adversus peritos pervicax.

XXVII. Octavo decimo kalendas Februarias sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Umbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicit, audiente Othone, nam proximus adstiterat, idque ut laetum e contrario et suis cogitationibus prosperum interpretante. nec multo post libertus Onomastus nuntiat, expectari eum ab architecto et redemptoribus; quae significatio coeuntium iam militum et paratae coniurationis convenerat. Otho, causam digressus requirentibus, cum emi sibi praedia vetustate suspecta eoque prius exploranda finxisset, innixus liberto per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum sub aedem Saturni pergit. ibi tres et viginti speculatores consalutatum imperatorem ac paucitate salutantium trepidum et sellae festinanter impositum strictis mucronibus rapiunt; totidem ferme milites in itinere adgregantur,

Erumpentibus: tak w rękopisach (*s. v. intestatis* II 62).

Sibi: i. e. a se; tak c. 14 *cui*, 35 *turbae*, 44 *principibus*, 50 *exercitibus*, II 11 *ducibus*, 80 *militibus*, 83 *sibi*, III 65 *visentibus*, 70 *militibus*, IV 6 *sapientibus*, 13 *Vitellio*, 17 *legionibus* i *cohortibusque*, 29 *Civili*, 56 *ipsis*, 83 *auctoribus*, 84 *deo*, V 1 *utrisque*, 3 *utrique*, 6 *pelago*, 15 *cuique*, 17 *illis*.

Totidem... sumpturi. 1-o *Alii* i *plerique* i obie *pars* należą do *ferme totidem*. 2-o *Miraculo: dativus:* tak V 23, z tą różnicą, że tam „dla wzbudzenia podziwu”, tu „by sami go doznali”. 3-o

alii conscientia, plerique miraculo, pars clamore et gladiis, pars silentio, animum ex eventu sumpturi.

XXVIII. Stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus. is, magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra et, si contra tenderet, exitium metuens, praebuit plerisque suspicionem conscientiae; anteposuere ceteri quoque tribuni centurionesque praesentia dubiis et honestis: isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.

XXIX. Ignarus interim Galba et sacris intentus fatigabat alieni iam imperii deos, cum adfertur rumor rapi in castra incertum quem senatorem, mox Othonem esse, qui raperetur. simul ex tota urbe, ut quisque obvius fuerat, alii formidine augentes, quidam mi-

Pars (*clamore*): ci sami co *alii*, zaś *pars* (*silentio*) co *plerique*. 4-o *Clamore et gladiis: abl. causae* (*s. v. dux... circumagi* 2-o III 73). Przyczyna, tkwiąca w *clamore et gladiis*, dla której ci, w których była *conscientia*, przyłączają się (*adgregantur*), jest taka: *alii* (identyczni z pierwszą *pars*), wtajemniczeni w spisek, widzą, że koledzy, pretoryanie, z krzykiem i dobytemi mieczami, niosą Othona ku obozowi; domyślają się o co chodzi; sami czynnie się jednak nie przyłączają;idą tylko w ślad za tamtymi, myśląc, że, nuż się uda, to i oni będą się mogli popisywać, jakoby odwagą do powodzenia się byli przyczynili. Tem, że *clamore et gladiis* uważam za *abl. causae*, że je przypisuję owym *tres et viginti speculatores*, którzy *consalutatum... rapiunt*, że *gladii* są dla mnie identyczne z *stricti mucrones*, usuwam wszelkie powody, dla których rękopiśmienne *gladiis* zamieniane bywa na *gaudiis*. 5-o *Silentio*: *abl. modi*. 6-o *Animum... sumpturi*: *scil. omnes totidem milites qui adgregantur.*

An... castra: odnosi się do *metuens*.

Isque... paterentur. 1-o *Animorum: scil. praetorianorum.* 2-o *Omnes:* ta liczba, która dopełniała całości (*s. v. omnium militum* c. 41).

Incertum: w charakterze rzeczownika.

Simul... vero. 1-o *Simul... urbe: scil. adgregantur.* 2-o *Augentes: scil. rumorem.* 3-o *Minora vero: scil. referentes.*

nora vero, ne tum quidem obliti adulationis. igitur consultantibus placuit pertemptari animum cohortis, quae in Palatio stationem agebat, nec per ipsum Galbam, cuius integra auctoritas maioribus remediis servabatur. Piso pro gradibus domus vocatos in hunc modum adlocutus est: „sextus dies agitur, commilitones, ex quo, ignarus futuri, et sive optandum hoc nomen sive timendum erat, Caesar adscitus sum: quo domus nostrae aut rei publicae fato, in vestra manu positum est: non quia meo nomine tristiorem casum paveam, ut qui, adversas res expertus, cum maxime dicam ne secundas quidem minus discriminis habere: patris et senatus et ipsius imperii vicem doleo, si nobis aut perire hodie necesse est aut, quod aeque apud bonos miserum est, occidere. solacium proximi motus habebamus incruentam urbem et res sine discordia translatas: provisum adoptione videbatur, ut ne post Galbam quidem bello locus esset.

XXX. Nihil adrogabo mihi nobilitatis aut mode-

Sextus... sum: został Caesarem 10-o (c. 18: *quartum... pronunciat*); dziś jest 15-y (c. 27: *Octavo... Februarias*). Tesame 6 dni inaczej wyrażone w c. 19: *sequenti... caedem.*

Nostrae: scil. Galbae et meae.

Non... habere. 1-o *Non quia:* przedtem należy domyślać *id dico.* 2-o *Meo nomine*: ze względu na mnie; tak *Ann.* XIV 59, *G.* 8. 3-o *Adversas... expertus:* c. 15: *fortunam... tulisti.* 4-o *Dicam:* twierdzę; tak w rękopisach.

Solacium... translatas: Galba zdziesiątkował legią 1-ą *classica* pod samym Rzymem; ale w mieście nie było ni rozlewu krwi, ni buntu.

Ut... esset: nie można *ne* wiązać z *quidem*, a tem samem pozostawiać bez wpływu na *esset*, gdyż w takim razie *esset* musiałoby być zależne od *ut*, i sensby wypadł przeciwny od zamierzonego. Więc *esset* zależy od *ne*, *ut* jest zbyteczne (*s. v. venerorque... sinatis* 2-o IV 58), *quidem*, bez związku z *ne*, znaczy nie „nawet", ale „przynajmniej", jak *Cic. Att.* IX 2: *non video causam cur ita sit, hoc quidem tempore.*

Nihil... modestiae. 1-o *Nobilitatis:* szlachetność umysłu, ze względu na *virtutum;* tak *Ann.*

stiae; neque enim relatu virtutum in comparationem Othonis opus est. vitia, quibus solis gloriatur, evertere imperium, etiam cum amicum imperatoris ageret. habitune et incessu an illo muliebri ornatu mereretur imperium? falluntur, quibus luxuria specie liberalitatis inponit: perdere iste sciet, donare nesciet. stupra nunc et comissationes et feminarum coetus volvit animo; haec principatus praemia putat, quorum libido ac voluptas penes ipsum sit, rubor ac dedecus penes omnes; nemo enim umquam imperium flagitio quaesitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani, me Galba, consentientibus vobis, Caesarem dixit. si res publica et senatus et populus vacua nomina sunt, vestra, commilitones, interest, ne imperatorem pessimi faciant. legionum seditio adversus duces suos audita est aliquando: vestra fides famaque inlaesa ad hunc diem mansit, et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. minus triginta transfugae et desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret, imperium adsignabunt? admittitis exemplum et quiescendo commune crimen facitis? trascendet haec licentia in provincias, et ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebunt: nec est plus, quod pro caede principis quam quod innocentibus datur: sed proinde a nobis donativum ob fidem quam ab aliis pro facinore accipietis“.

I 29. 2-o *Modestiae:* umiarkowanie, przestawanie na małem, panowanie nad sobą.

Comparationem: tak *cum genitivo* w *Suet. Aug.* 79.

Admittitis: ma tu znaczenie *committendi aliquid mali*, z wyjątkiem IV 60, u Tacyta powszechne. Złym tu jest przykład, który polega na *quiescendo*, bezczynności, nieukróceniu buntu inszych pretoryanów.

Trascendet: tak w rękopisach; forma prawidłowa.

Ob... facinore, 1-o *Ob: finale;* tak c. 63, III 30, V 22; zresztą bywa *causale*. 2-o *Facinore: scil. caede principis.*

XXXI. Dilapsis speculatoribus cetera cohors, non aspernata contionantem, ut turbidis rebus evenit, forte magis et nullo adhuc consilio, rapit signa, quod postea creditum est, insidiis et simulatione. missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsania in porticu tendentes, praeceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent. legioni classicae diffidebat, infestae ob caedem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat, Galba. pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni Cetrius Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc et necdum adulta seditio melioribus consiliis flecteretur. tribunorum Subrium et Cetrium adorti milites minis, Longinum manibus coercent exarmantque, quia non ordine militiae, sed e Galbae amicis, fidus principi suo et desciscentibus suspectior erat. legio classica nihil cunctata praetorianis adiungitur, Illyrici exercitus electi Celsum infestis pilis proturbant; Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus et placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos

Cohors... simulatione: domysł wydawców; rękopis niezrozumiały.

Diffidebat: odnosi się do *Galba;* tak w rękopisach; niedowierzał, więc nie powołał.

Si: czy; zależne od domyślnego *verbum dubitandi, experiendi;* tak III 30, 52.

Non... militiae: odnosi się do *fidus principi suo (...) erat.* Severus i Dexter byli *fidi principi suo,* jako pretoryanie i do tego trybuni; Longinus był *fidus principi suo,* ale nie *ordine militiae,* bo nie był *tribunus,* nie był nawet pretoryaninem, bo przypuścić nie można, żeby, będąc *e Galbae amicis,* nie miał stopnia nawet trybuńskiego. Ztąd wniosek, że *tribunorum* (tak samo wyżej *tribuni*) nie odnosi się do Longinusa. Podobnie, wbrew pozorom, *eos... praefecerat* w II 23 nie odnosi się do *Gallum,* a *duces Galliarum* w II 94 nieodnosi się do *Asiaticus.* Powyższem tłomaczy się *exarmant;* rozbrajają go, bo nieprawnie przyszedł w zbroi.

Electi: identyczni z wzmiankowanymi wyżej *electos,* i w c. 6 *numeri e Illyrico.*

atque inde rursus longa navigatione aegros inpensiore cura Galba refovebat.

XXXII. Universa iam plebs Palatium inplebat, mixtis servitiis, et, dissono clamore, caedem Othonis et coniuratorum exitium poscentium, ut si in circo aut theatro ludicrum aliquod postularent: neque illis iudicium aut veritas, quippe eodem die diversa pari certamine postulaturis, sed tradito more quemcumque principem adulandi, licentia adclamationum et studiis inanibus.

Interim Galbam duae sententiae distinebant: Titus Vinius manendum intra domum, opponenda servitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos censebat: daret malorum paenitentiae, daret bonorum consensui spatium; scelera impetu, bona consilia mora valescere: denique eundi ultro, si ratio sit, eandem mox facultatem, regressus, si paeniteat, in aliena potestate.

XXXIII. Festinandum ceteris videbatur, antequam cresceret invalida adhuc coniuratio paucorum: trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digressus, ad ignaros inlatus, cunctatione nunc et segnitia terentium tempus, imitari principem

Universa... postulaernt. 1-o *Mixtis*: *abl. absolutus, reflexivum.* 2-o *Et* (*dissono*): właściwie powinno stać po *clamore*, czemby się uwydatniło, że *dissono clamore* odnosi się i do *caedem Othonis* i do *conjuratorum exitium* (*s. v. si... relinquerentur* c. 65). 3-o *Poscentium:* odnosi się do *plebs.*

Neque: explicativum (*s. v. neque* Greef *lex. tac.* str. 934 b).

Ceteris... discat. 1-o *Trepidaturum:* kwapić się będzie (bez strachu); tak *Verg. Aen.* IV 121: *dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt. Trepidare, trepidus, trepidatio* w c. 41, II 22, 26, 35, 41, III 69, IV 18, V 15 jest prześpiech, zgiełk, częściej pośpiech ze strachu, niekiedy rzecz wątpliwa. 2-o *Etiam*: nawet; mimo wady (c. 30: *vitia... exercuit*), które każą wnosić, że wogóle skwapliwym nie jest. 3-o *Ignaros:* niewtajemniczonych pretoryan. 4-o *Cunctatione*(...) *segnitia: scil. nostra, qui terimus tempus.* 5-o *Imitari:* udawać, grać rolę; tak *Ann.* I 24, VI 45.

discat: non exspectandum, ut compositis castris forum invadat et prospectante Galba Capitolium adeat, dum egregius imperator cum fortibus amicis ianua ac limine tenus domum cludit, obsidionem nimirum toleraturus: et praeclarum in servis auxilium, si consensus tantae multitudinis et, quae plurimum valet, prima indignatio elanguescat: proinde intuta, quae indecora; vel, si cadere necesse sit, occurrendum discrimini: id Othoni invidiosius et ipsis honestum. repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo, privati odii pertinacia, in publicum exitium.

XXXIV. Nec diutius Galba cunctatus speciosiora suadentibus accessit. praemissus tamen in castra Piso ut iuvenis, magno nomine recenti favore et infensus Tito Vinio, seu quia erat, seu quia irati ita volebant; et facilius de odio creditur. vixdum egresso Pisone occisum in castris Othonem vagus primum et incertus rumor; mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam et vidisse adfirmabant, credula fama inter gaudentes et incuriosos. multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem mixtis iam Othonianis, qui ad evocandum Galbam laeta falso vulgaverint.

XXXV. Tum vero non populus tantum et inperita plebs in plausus et inmodica studia, sed equitum plerique ac

Dum... cludit. 1-o *Egregius... amicis:* bez ironii odnosi się do Galby i mówiących tu Lacona i Icelusa. 2-o *Janua... cludit.* Wszyscy czterej uczestnicy rady są wewnątrz Pałacu. Przez *domum* (tak w cc. 29, 32) należy rozumieć Pałac. Powiedziano o bezbronnem mieszkaniu Galby, w przeciwieństwie do *castra* i do *Capitolium*, do których Otho wkroczy. Laco i Icelus o *janua... tenus* mówią ze swego wewnętrznego stanowiska: „tylko do bramy i progu domu, z wykluczeniem choćby góy Palatyńskiej". 3-o *Cludit:* jako *indicativus* w *or. obliqua* zaostrza wyraz oburzenia.

Praeclarum .. auxilium: ironia.

In: nie cel, ale skutek.

Arbitrabantur: w przeciwieństwie do *credula fama.*

Tum... studia: *scil. ruere.*

senatorum, posito metu incauti, refractis Palatii foribus, ruere intus ac se Galbae ostentare, praereptam sibi ultionem querentes, ignavissimus quisque et, ut res docuit, in periculo non ausurus, nimii verbis, linguae ferocis. nemo scire et omnes adfirmare, donec inopia veri et consensu errantium victus, sumpto thorace, Galba, inruenti turbae neque aetate neque corpore sistens, sella levaretur. obvius in Palatio, Julius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Othonem exclamavit, et Galba: „commilito!" inquit „quis iussit?" insigni animo ad coercendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus.

XXXVI. Haud dubiae iam in castris omnium mentes tantusque ardor, ut, non contenti agmine et corporibus, in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbae statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caveri insuper praepositos iubebat. strepere cuncta clamoribus et tumultu

Palatii: Pałac: że może też oznaczać górę Palatyńską, dowodem *Ov. fasti* IV 825: *nemorosi saxa Palati.* Ponieważ podwoje Pałacu dopiero tu zostają wyłamane, więc w c. 32: *universa... Palatium*, należy rozumieć górę Palatyńską; tembardziej w c. 17. W cc. 29, 39, 47, 84 (*Palatii*) oba znaczenia są dopuszczalne; w c. 72 prawdopodobnie jest góra, w cc. 80, 82 Pałac, w III 67, ze względu na *degreditur*, prawdopodobnie góra, a przeto i w cc. 68 (*bis*), 70, 74, 84 (*Palatium*).

Ut res docuit: c. 39: *proximorum... ostentaverant.*

Linguae ferocis: tak w rękopisach.

Nemo... levaretur. 1-o *Donec*: z *imperf. conj.* tu, jak prawie zawsze, wyraża nie oczekiwanie przyszłości, ale fakt spełniony. 2-o *Errantium: i. e. ignorantium*: tak II 72 *errore veri*, *G.* 22 *errare*; *Plaut. mil.* III 1, 197: *erro quam insistas viam.* 3-o *Turbae: dativus:* odnosi się do *levaretur.* 4-o *Sistens*: *s. v. sistere... intersaepta* 1-o III 21.

Agmine et corporibus: tak go wnieśli (c. 27: *sellae... rapiunt*).

Caveri... praepositos: strzedz się przełożonych; *cavere* z accusativem w III 38, IV 71; *reflexivum impersonale.*

Strepere... armis. 1-o *Clamoribus... vocibus:* dziesięć *abla-*

et exhortatione mutua, non, tamquam in populo ac plebe, variis segni adulatione vocibus, sed, ut quemque adfluentium militum adspexerant, pressare manibus, complecti armis, conlocare iuxta, praeire sacramentum, modo imperatorem militibus, modo milites imperatori commendare: nec deerat Otho, protendens manus, adorare volgus, iacere oscula et, omnia serviliter pro dominatione. postquam universa classicorum legio sacramentum eius accepit, fidens viribus, et quos adhuc singulos exstimulaverat, accendendos in commune ratus, pro vallo castrorum ita coepit:

XXXVII. „Quis ad vos processerim, commilitones, dicere non possum, quia nec privatum me vocare sustineo, princeps a vobis nominatus, nec principem, alio imperante. vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur, imperatorem populi Romani in castris an hostem habeatis. auditisne, ut poena mea et supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est neque perire nos neque salvos esse nisi una posse; et, cuius lenitatis est Galba, iam fortasse promisit, ut qui nullo exposcente tot milia innocentissimorum militum trucidaverit. horror animum subit, quotiens recordor feralem introitum et hanc solam Galbae victoriam, cum in oculis urbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. his auspiciis urbem ingressus, quam gloriam ad principatum attulit nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania, Betui Chilonis in Gallia, Fontei Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in via, Turpiliani in urbe, Nymphidi in castris? quae usquam provincia, quae castra sunt nisi cruenta et maculata aut, ut ipse praedicat, emendata et correcta? nam, quae aliis scelera, hic remedia vocat, dum falsis nominibus severitatem pro saevitia,

tivi obok siebie. 2-o *Pressare*: tak w rękopisach. 3-o *Armis:* ramionami; tak *Verg. Aen.* XII 433.

Quis: *scil. qui, qualis;* tak c. 4, II 74, III 8, 12, 20, 24, 56, IV 58, *quisnam* w III 12.

parsimoniam pro avaritia, supplicia et contumelias vestras disciplinam appellat. septem a Neronis fine menses sunt, et iam plus rapuit Icelus, quam quod Polycliti et Vatinii et Aegiali paraverunt. minore avaritia ac licentia grassatus esset T. Vinius, si ipse imperasset; nunc et subiectos nos habuit tamquam suos et viles ut alienos. una illa domus sufficit donativo, quod vobis numquam datur et cotidie exprobratur.

XXXVIII. Ac ne qua saltem in successore Galbae spes esset, accersivit ab exilio quem tristitia et avaritia sui simillimum iudicabat. vidistis, commilitones, notabili tempestate etiam deos infaustam adoptionem adversantes. idem senatus, idem populi Romani animus est: vestra virtus exspectatur, apud quos omne honestis consiliis robur et sine quibus quamvis egregia invalida sunt. non ad bellum vos nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiscum sunt, nec una cohors togata defendit nunc Galbam, sed detinet: cum vos adspexerit, cum signum meum acceperit, hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet: nullus cunctationis locus est in eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum". aperire deinde armamentarium iussit: rapta statim arma, sine more et ordine militiae, ut praetorianus aut legionarius insignibus

Nunc... exprobratur. 1-o *Nunc:* s. v. *nunc... conlocavit* 1-o c. 15. 2-o *Subiectos... alienos: scil. habuit nos tamquam suos subiectos, et viles habuit, ut alienos subiectos. Tamquam* jest „jakoby", *ut* „jako".

Vidistis... adversantes. 1-o *Tempestate:* c. 18: *foedum... turbaverant.* 2-o *Adversantes*: przeciwiące się; tak w rękopisach; tu i w c. 1, III 25, IV 84 *adversari* niepotrzebnie zamieniane na *aversari*.

Togata: c. 29: *quae... agebat.* Pretoryanie straż pałacową, jako w śródmieściu, odbywali nie po wojennemu w *paludamentum* albo *sagum*, ale w todze, bez hełmów i tarcz, tylko z kordem i spisą. *Togata* jest więc „nie w wojennym rynsztunku"; dlatego Otho, choć z przesadą, mówi *omnium... sunt.*

Cunctationis: tak w rękopisach; tak *locus* z genitivem w *Ann.* XIV 62.

Ut... distingueretur: odnosi się do *more... militiae.*

suis distingueretur: miscentur auxiliaribus galeis scutisque, nullo tribunorum centurionumve adhortante, sibi quisque dux et instigator, et praecipuum pessimorum incitamentum, quod boni maerebant.

XXXIX. Iam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis et vocibus in urbem usque resonantibus egressum interim Galbam et foro adpropinquantem adsecutus erat, iam Marius Celsus haud laeta rettulerat, cum alii in Palatium redire, alii Capitolium petere, plerique rostra occupanda censerent, plures tantum sententiis aliorum contra dicerent, utque evenit in consiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. agitasse Laco ignaro Galba de occidendo Tito Vinio dicitur, sive ut poena eius animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebat, ad postremum vel odio. haesitationem attulit tempus ac locus, quia initio caedis orto difficilis modus; et turbavere consilium trepidi nuntii ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis, qui primo alacres fidem atque animum ostentaverant.

XL. Agebatur huc illuc Galba vario turbae fluctuantis impulsu, completis undique basilicis ac templis, lugubri prospectu: neque populi aut plebis ulla vox, sed attoniti vultus et conversae ad omnia aures; non tumultus, non quies, quale magni metus et magnae irae silentium est. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur: ire praecipites et occupare pericula iubet. igitur milites Romani, quasi Vologesum aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri, ac non imperatorem suum inermem et senem trucidare pergerent, disiecta plebe, proculca-

Miscentur... scutisque: pretoryanin od legionisty się nie różnił, bo wszyscy mieli rynsztunek posiłkowców. Podobnie III 22: *manipulis miscuerant*, IV 29: *misceri... armis.*

Celsus: wraca od wojska Illyryjskiego (c. 31).

Prospectu: dativus. Przypatrunek był dla tych, którzy napełniali bazyliki i świątynie.

Armari: scil. pro Galba.

to senatu, truces armis, rapidi equis forum inrumpunt: nec illos Capitolii adspectus et imminentium templorum religio et priores et futuri principes terruere, quo minus facerent scelus, cuius ultor est, quisquis successit.

XLI. Viso comminus armatorum agmine vexillarius comitatae Galbae cohortis, Atilium Vergilionem fuisse tradunt, dereptam Galbae imaginem solo adflixit: eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fuga populi forum, destricta adversus dubitantes tela. iuxta Curtii lacum trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est. extremam eius vocem, ut cuique odium aut admiratio fuit, varie prodere; alii suppliciter interrogasse, quid mali meruisset? paucos dies exsolvendo donativo deprecatum; plures, obtulisse ultro percussoribus iugulum: „agerent ac

Truces armis: c. 38: *rapta... scutisque.* Zgorszenie, bo w śródmieściu niewolno było żołnierzowi w zbroi występować, zwłaszcza posiłkowej, jak tu, wedle c. 38: *miscentur... scutisque.*

Nec... successit. 1-o *Religio:* świętość; tak w c. 43; *Plin. h. n.* XI 103: *hominis genibus quaedam et religio inest.* Sumienności, skrupulatności ma znaczenie w c. 89, IV 41, 53; *Liv.* VIII 17: *religio deinde incessit, vitio eos creatos,* obrządku zbożnego, nabożeństwa w II 2, IV 83 (*bis*), V 4, 5, 13, *G.* 39; *Cic. leg.* 15: *in deos caerimoniae religionesque tollentur.* 2-o *Scelus: scil. ejus generis, cujus generis scelus is ulciscitur, qui successit, nempe caedes imperatoris.* Vitellius pomśi w c. 44: *plures... ultionem.* 3-o *Est*: bywa; tak (wyżej) *silentium est,* II 40 *deterrimum est,* III 1 *minorem esse,* IV 42 *optimus est.*

Galbae: tak w rękopisach; *dativus* zależny od *comitatae* (De Vit *lex. s. v. comitari*).

Omnium militum: scil. praetorianorum. Oprócz kohorty, która tu Galbie towarzyszy, już w c. 36 (*haud... mentes*) wszyscy pretoryanie za Othonem się oświadczyli; jest więc to *omnium* dopełnieniem całości wojska pretoryańskiego, analogicznie, jak c. 28 *omnes,* 61 *tota,* IV 33 *universas.*

Prodere: niepotrzebnie zamieniane na *prodidere.*

Meruisset: i. e. commisisset; tak IV 72, *Verg. Aen.* VII 307.

Agerent ac ferirent: forma rozkazu na zarżnięcie bydlęcia ofiarnego.

ferirent, si ita e re publica videretur": non interfuit occidentium, quid diceret. de percussore non satis constat: quidam Terentium evocatum, alii Lecanium, crebrior fama tradidit Camurium quintae decumae legionis militem impresso gladio iugulum eius hausisse. ceteri crura brachiaque, nam pectus tegebatur, foede laniavere; pleraque vulnera feritate et saevitia trunco iam corpori adiecta.

XLII. Titum inde Vinium invasere, de quo et ipso ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit, non esse ab Othone mandatum, ut occideretur. quod seu finxit formidine, seu conscientia coniurationis confessus est, huc potius eius vita famaque inclinat, ut conscius sceleris fuerit, cuius causa erat. ante aedem divi Julii iacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legionario milite in utrumque latus transverberatus.

XLIII. Insignem illa die virum, Sempronium Densum, aetas nostra vidit. centurio is praetoriae cohortis a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis et scelus exprobrans ac modo manu modo voce vertendo in se percussores, quamquam vulnerato, Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit, exceptusque misericordia publici servi et contubernio eius abditus, non religione nec caerimoniis sed latebra imminens exitium differebat, cum advenere missu Othonis, nominatim in caedem eius ardentes, Sulpi-

Quidam... hausisse. 1-o *Evocatum: Suet: Galba* 10: *delegit* (*scil. Galba*)... *juvenes qui evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum... agerent.* 2-o *Hausisse: Verg. Aen.* X 313: *latus haurit.*

Consumpserit: i. e. ademerit, intercluserit; Sil. III 157: *iter... consumpsit visus pontus.*

A...Pisonis: domysł wydawców.

Piso... trucidatus. 1-o *Caerimoniis:* świętość (świątyni Vesty); tak c. 2; *Cic. Ros. Am.* 39: *qui*(...) *legationis ipsius caerimoniam polluerit; Plin. h. n.* VI 3, 9: *Eulaeus* (*amnis*)... *ipse in magna caerimonia.* 2-o *Trucidatus: scil. est;* tak w rękopisach.

cius Florus, e Britannicis cohortbus, nuper a Galba civitate donatus, et Statius Murcus speculator, a quibus protractus Piso in foribus templi trucidatus.

XLIV. Nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur, seu tum primum levata omni sollicitudine mens vagare gaudio coeperat, seu recordatio maiestatis in Galba, amicitiae in Tito Vinio, quamvis inmitem, animum imagine tristi confuderat; Pisonis ut inimici et aemuli caede laetari ius fasque credebat. praefixa contis capita gestabantur inter signa cohortium iuxta aquilam legionis, certatim ostentantibus cruentas manus, qui occiderant, qui interfuerant; qui vere, qui falso, ut pulchrum et memorabile, facinus iactabant. plures quam cen-

Levata... coeperat. 1-o *Levata... mens*: duch ulżony od trosk; tak *ablativus* przedmiotu, od którego się jest ulżonym, w *Ann.* I 76, II 47, *Liv.* II 22: *Volscis levatis metu.* 2-o *Vagare:* tak w rękopisach. Zamiana na *vacare*, powszechnie przyjęta, zaciera piękną barwę poetyczną, jako duch, który, zbywszy trosk, stał się lżejszym, buja, wychodzi ze szranek; tak *Hor. ser.* II 7, 74: *tolle periclum, jam vaga prosiliet frenis natura remotis; id. od.* IV 15, 9: *ordinem rectum evaganti frena licentiae injecit; id. ars. po.* 265: *idcircone vager, scribamque licenter*? O *vagare* De Vit *lex. s. v. vago.* O zamianach między sobą formy biernej a czynnej *Gell.* XVIII 12. Odpowiednio *vagus* w III 21, IV 15 ma znaczenie zbaczania z linii prostej, więc błąkania, włóczenia, tułania się, błądzenia. W zastosowaniu do żołnierzy, ponieważ powinni się trzymać linii prostej, prawideł, stać ściśle w szeregach, *vagus* często znaczy „wyjęty z karbów, rozprzężony, rozproszony, luźny". Wreszcie, co nie jest ściśle określone, pewne, nazwane jest *vagus* w c. 34, II 73, III 25.

Praefixa... interfuerant. 1-o *Cohortium: scil. praetorianarum.* 2-o *Legionis: scil.* 1-*ae classicae* (c. 36: *universa... accepit*).

Qui vere qui falso. 1-o *Qui* oba są *indefinita.* 2-o *Vere:* szczerze; tak III 54, IV 17, 48; odpowiednio *verus* w cc. 15, 44, II 90, IV 49, *veritas* w cc. 1, 32; *Plin. pan.* 84: *tua simplicitas, tua veritas, tuus candor.* 3-o *Falso:* w przeciwieństwie do *vere* znaczy „nieszczerze"; tak w cc. 45, 71, 90, II 90.

tum viginti libellos praemium exposcentium ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea invenit, omnesque conquiri et interfici iussit, non honore Galbae, sed tradito principibus more, munimentum ad praesens, in posterum ultionem.

XLV. Alium crederes senatum, alium populum: ruere cuncti in castra, anteire proximos, certare cum praecurrentibus, increpare Galbam, laudare militum iudicium, exosculari Othonis manum, quantoque magis falsa erant, quae fiebant, tanto plura facere: nec aspernabatur singulos Otho, avidum et minacem militum animum voce vultuque temperans. Marium Celsum consulem, signatum et Galbae, usque in extremas res, amicum fidumque, ad supplicium expostulabant, industriae eius innocentiaeque quasi malis artibus infensi. caedis et praedarum initium et optimo cuique perniciem quaeri apparebat: sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus: iubere iam poterat. ita simulatione irae vinciri iussum et maiores poenas daturum adfirmans, praesenti exitio subtraxit.

XLVI. Omnia deinde arbitrio militum acta: praetorii praefectos sibi ipsi legere, Plotium Firmum, e manipularibus quondam, tum vigilibus praepositum et incolumi adhuc Galba partes Othonis secutum; adiungitur Licinius

Iussit... ultionem. 1-o *Honore: scil. tribuendo;* tak w rękopisach. 2-o *Galbae: dativus.* 3-o *Munimentum... ultionem:* tak samo cel albo skutek wyrażony przez *accusativus* rzeczownika w c. 90 *justissimum... sterile,* III 61 *donum... gratiam,* IV 18 *hortamenta... pudorem,* 19 *causam.* Zabój pretoryanów, zabójców Galby, będzie *munimentum* dla Viteliiusa, bo zapobieży, by oni i jego nie zabili. Jak rozumieć *ultionem,* rzecz sporna.

Marium... expostulabant. 1-o *Signatum:* tak w rękopisach; odnosi się do *amicum;* mylne odnoszenie do *consulem* spowodowane przestawą wyrazu *et,* po zamiast przed *signatum* (*s. v. si... relinquerentur* c. 65). Niemniej był teraz dopiero *designatus;* rzeczywistym będzie na Lipiec i Sierpień (c. 77). 2-o *Ad:* domysł wydawców.

Proculus, intima familiaritate Othonis suspecta consilia eius fovisse. urbi Flavium Sabinum praefecere, iudicium Neronis secuti, sub quo eandem curam obtinuerat, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. flagitatum, ut vacationes praestari centurionibus solitae remitterentur; namque gregarius miles ut tributum annuum pendebat: quarta pars manipulis, pars per commeatus aut in ipsis castris vaga, dum mercedem centurioni exsolveret: neque modum oneris quisquam neque genus quaestus pensi habebat: per latrocinia

Familiaritate... suspecta. 1-o *Familiaritate: scil. familiaribus;* tak *Ann.* XV 50. (*s. v. flagitiis* II 16). Takie rozumienie konieczne ze względu na *suspecta*, z którem w związku stanowi *abl. absolutus*, wyrażający powód, dla którego obrano Proculusa. Proculus należał do *familiaritas* Othona; a ponieważ ta była *a praetorianis suspecta consilia Othonis fovisse*, dla tego przez pretoryan został obrany na *praefectus*. 2-o *Suspecta*: tak w rękopisach; niepotrzebnie zamieniane na *suspectus*. Powiedziano *suspecta* w przeciwieństwie do Firmusa, który że był stronnikiem Othona (*incolumi... secutum*), rzeczą było wiadomą i jawną. Sprzyjanie zamiarom Othona niemogło pretoryanom być podejrzanem w znaczeniu czegoś złego, gdyż i oni jemu sprzyjali. Więc tu rozumiem w znaczeniu obojętnem „domysłu". Podobnie *suspicari* w *Dial.* 14.

Namque... exsolveret. 1-o *Namque:* myślnie sięga do *ruebant.* 2-o *Pendebat: scil. vacationes.* 3-o *Quarta pars: scil. gregarii militis.* 4-o *Manipulis:* tak w rękopisach; *abl. modi* z domyślnem *agens*; jak następna *pars*, stała *in ipsis castris*, ale w przeciwieństwie do tamtej, która była *vaga*, ona stała *manipulis*, w porządku rotowym. Powszechnie, ale mylnie, *manipulis* bywa zamieniane na *manipuli* (*genitivus* zależny od *pars*), i wiązane z następnem zdaniem, sięgającem do *exsolveret.* Ażeby *quarta... manipulis* związać z tem co następuje, wydawcy powszechnie, a mylnie, *pars* (*per*) zamieniają na *sparsa.* Gdy *quarta... exsolveret* zwiążemy z *gregarius... pendebat*, wszelkie zmiany okażą się zbytecznemi, a całe, zgodne z rękopisami, „*quarta... exsolveret*" stanie się prawidłowem i zrozumiałem. 5-o *Commeatus:* urlopy. 6-o *Dum: i. e. dummodo.* 7-o *Mercedem: scil. vacationum.*

et raptus aut servilibus ministeriis militare otium redimebant: tum locupletissimus quisque miles labore ac saevitia fatigari, donec vacationem emeret; ubi sumptibus exhaustus socordia insuper elanguerat, inops pro locuplete et iners pro strenuo in manipulum redibat, ac rursus alius atque alius eadem egestate ac licentia corrupti ad seditiones et discordias et, ad extremum, bella civilia ruebant. sed Otho, ne vulgi largitione centurionum animos averteret, fiscum suum vacationes annuas exsoluturum promisit, rem haud dubie utilem et a bonis postea principibus perpetuitate disciplinae firmatam. Laco praefectus, tamquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus: in Marcianum Icelum ut in libertum palam animadversum.

XLVII. Exacto per scelera die novissimum malorum fuit laetitia. vocat senatum praetor urbanus, certant adulationibus ceteri magistratus, adcurrunt patres, decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores, adnitentibus cunctis abolere convicia ac probra, quae promiscue iacta, haesisse animo eius nemo sensit: omisisset offensas an distulisset, brevitate imperii in incerto fuit.

Tum... emeret. 1-o *Tum:* prócz tego, w dalszym ciągu; tak *Ann.* XI 35, XIII 3, XIV 63. 2-o *Vacationem: scil. munerum,* odpust; tak (poniżej) *vacationem*; owszem *vacationes* poniżej i w c. 58 jest *pretium vacationum.*

Bella: odnosi się do *ad.*

Sed... firmatam. 1-o *Vulgi largitione: scil. militari otio sine redemtionibus vulgo large praebito;* tak *bell. hisp.* 1: *ex ejus pecunia latronum largitio fieret.* 2-o *Perpetuitate: scil. continuatione, perennitate; Cic tusc.* V 10: *non... ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia.*

Exacto... probra. 1-o Co opisano w cc. 27—46, niewątpliwie w obrębie jednego dnia się odbyło. *Suet. Otho* 7: *vergente jam die ingressus senatum* niniejsze posiedzenie senatu temuż dniowi przypisuje. 2-o *Praetor urbanus:* bo konsulowie (c. 11), Galba i Vinius, nieżyją. 3-o *Convicia ac probra: scil. quae ipsi senatores in Othonem jecerant* (c. 35: *plerique... feroces*).

Otho, cruento adhuc foro per stragem iacentium in Capitolium atque inde in Palatium vectus, concedi corpora sepulturae cremarique permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, Titum Vinium Crispina filia composuere, quaesitis redemptisque capitibus, quae venalia interfectores servaverant.

XLVIII. Piso unum et tricensimum aetatis annum explebat, fama meliore quam fortuna. fratres eius Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerat: ipse diu exul, quadriduo Caesar, properata adoptione ad hoc tantum maiori fratri praelatus est, ut prior occideretur. Titus Vinius quinquaginta septem annos variis moribus egit. pater illi praetoria familia, maternus avus e proscriptis, prima militia infamis: legatum Calvisium Sabinum habuerat, cuius uxor, mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temerasset, in ipsis principiis stuprum ausa: et criminis huius reus Titus Vinius arguebatur: igitur iussu Gai Caesaris oneratus catenis, mox mutatione temporum dimissus, cursu honorum inoffenso legioni post praeturam praepositus probatusque, servili deinceps probro respersus est, tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus, et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. sed Vinius proconsulatu Galliam Narbonensem severe integreque rexit; mox Galbae amicitia in abruptum tractus, audax calidus promptus, et, prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. testamentum Titi Vini magnitudine opum inritum, Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit.

XLIX. Galbae corpus diu neglectum et, licentia tenebrarum, plurimis ludibriis vexatum dispensator Argius, e prioribus servis, humili sepultura in privatis eius

Probatus... ceniony; *Plin. h. n.* XIV 20: *Asia picem Idaeam maxime probat.*

Calidus: tak w rękopisach.

E prioribus: z własnych, nie po Neronie odziedziczonych.

hortis contexit: caput per lixas calonesque suffixum laceratumque, ante Patrobii tumulum, libertus is Neronis punitus a Galba fuerat, postera demum die repertum et cremato iam corpori admixtum est. hunc exitum habuit Servius Galba, tribus et septuaginta annis quinque principes prospera fortuna emensus et alieno imperio felicior quam suo: vetus in familia nobilitas, magnae opes; ipsi medium ingenium, magis extra vitia quam cum virtutibus: famae nec incuriosus nec venditator, pecuniae alienae non adpetens, suae parcus, publicae avarus, amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens, si mali forent, usque ad culpam ignarus: sed claritas natalium et metus temporum obtentui, ut, quod segnitia erat, sapientia vocaretur. dum vigebat aetas, militari laude apud Germanias floruit, pro consule Africam moderate, iam senior citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit, maior privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.

L. Trepidam urbem ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante caedem Galbae supressus, ut tantum superioris Germaniae exercitus descivisse crederetur. tum duos omnium mortalium inpudicitia ignavia luxuria deterrimos velut ad perdendum imperium fataliter electos non senatus modo et eques, quis aliqua pars et cura rei publicae, sed vulgus quo-

Quinque... emensus: scil. *tempus quinque principatuum;* podobnie, ale *de loco*, *Verg. Aen.* V 627: *freta... sideraque emensae ferimur.*

Amicorum... ignarus: tak *Ann.* XI 13: *matrimonii ignarus.*

Metus temporum: strach panujący w owych czasach; tak *discordia* w c. 59, III 7, *adulatio* w IV 40, *avaritia* w V 12.

Quis: *i. e. quibus;* tak częstokroć.

que palam maerere: nec iam recentia saevae pacis exempla, sed, repetita bellorum civilium memoria, captam totiens suis exercitibus urbem, vastitatem Italiae, direptiones provinciarum, Pharsaliam, Philippos et Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur: prope eversum orbem, etiam cum de principatu inter bonos certaretur: sed mansisse Gaio Iulio, mansisse Caesare Augusto victore imperium, mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rem publicam: nunc pro Othone an pro Vitellio in templa ituros? utrasque inpias preces, utraque detestanda vota inter duos, quorum, bello, solum id scires , deteriorem fore, qui vicisset. erant, qui Vespasianum et arma Orientis augurarentur, et ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud atque alias clades horrebant: et ambigua de Vespasiano fama, solusque omnium ante se principum in melius mutatus est.

LI. Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. caeso cum omnibus copiis Iulio Vindice ferox praeda gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem et aciem, praemia quam stipendia malebat. diu infructuosam et asperam militiam toleraverant ingenio loci caelique et severi-

Nota... nomina: nawiasowy okrzyk.

Inter bonos: na tem nacisk.

Bello: s. v. *si... relinquerentur* c. 65.

Ut... ita: aczkolwiek—jednak; tak nader często.

Solusque... principum. 1-o Na uwagę zasługuje zestawienie dwóch przedmiotów, z których jeden w *genitivus* jakgdyby *partitivus*, chociaż drugi częścią jego nie jest; tak samo w c. 87 *reliquos caesorum*, *Agr.* 34 *ceterorum fugacissimi* i *superstites*, *G.* 29 *omnium... praecipui.* 2-o *Ante se:* s. v. *namque... mulieris* 2-o V 22.

Caeso... malebat. 1-o *Exercitus:* niższo- i wyższogermański (c. 8: *Germani... victoriae*). 2-o *Ditissimi*: Gallia była znana z bogactw. 3-o *Praemia: Verg. Aen.* XI 78: *praemia pugnae.*

Ingenio... disciplinae: odnosi się do *asperam.*

tate disciplinae, quam in pace inexorabilem discordiae civium resolvunt, paratis utrimque corruptoribus et perfidia inpunita. viri arma equi ad usum et ad decus supererant. sed ante bellum centurias tantum suas turmasque noverant, exercitus finibus provinciarum discernebantur: tum, adversus Vindicem contractae, legiones, seque et Gallias expertae, quaerere rursum arma novasque discordias, nec socios, ut olim, sed hostes et victos vocabant. nec deerat pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partes secuta ac tum acerrima instigatrix adversum Galbianos; hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant: igitur, Sequanis Aeduisque ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi, expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo, super avaritiam et adrogantiam, praecipua validiorum vitia, contumacia Gallorum inritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos in ignominiam exer-

Supererant: i. e. suppeditabant; tak c. 83, III 54, 66 (*Gell.* I 22).

Centurias... discernebantur. 1-o *Centuria* oddział piechoty, *turma* konnicy. Nacisk leży na *suas*, które odnosi się też do *turmas*. 2-o *Discernebantur:* jako wyższo- i niższogermańskie.

Legiones... vocabant. 1-o *Legiones: scil. inferioris et superioris Germaniae.* 2-o *Gallias: scil. Sequanos Aeduosque ac deinde,* którzy niegdyś Vindexowi i Galbie, teraz Galbie sprzyjali (*s. v. Gallis... exempta* c. 64). 3-o *Vocabant: scil. eos qui cum Vindice victi erant.*

Nec... Galbianos. 1-o *Nec:* aż do *rumoribus* wszystko odnosi się do *pars... accolit,* ona *infensi, hauserunt, invitati,* u niej *vulgatum,* przez nią *creditum,* do niej się zbiegały *nuntii,* dla niej *ad... materies.* 2-o *Pars... accolit: s. v. proximae... metiebantur* 1-o c. 8. 3-o *Easdem... secuta: scil. ac Germanicae legiones,* które *Gallias ... vocabant.* 4-o *Galbianos: scil. Sequanos Aeduosque ac deinde.*

Super... jactabant. 1-o *Super: i. e. praeter;* tak nader często. 2-o *Gallorum:* o nich *s. v. legiones... vocabant* 2-o. 3-o *Exercitus: scil. Germanici,* które *Sequanos Aeduosque ac deinde* pobiło. Taksamo *legiones* poniżej są *Germanicae.*

citus iactabant. accessit callide vulgatum, temere creditum, decumari legiones et promptissimum quemque centurionum dimitti. undique atroces nuntii, sinistra ex urbe fama, infensa Lugdunensis colonia et, pertinaci pro Nerone fide, fecunda rumoribus; sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris, odio metu, et, ubi vires suas respexerant, securitate.

LII. Sub ipsas superioris anni kalendas Decembres Aulus Vitellius, inferiorem Germaniam ingresssus, hiberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, adlevatae notae, plura ambitione, quaedam iudicio: in quibus sordem et avaritiam Fontei Capitonis adimendis adsignandisve militiae ordinibus integre mutaverat; nec consularis legati mensura, sed in maius omnia accipiebantur, et Vitellius apud severos humi-

Sinistra... rumoribus. 1-o *Sinistra... fama:* cc. 6, 7. 2-o *Infensa: scil. Galbae.* Kto był za Neronem, ten przeciw Galbie, a przeto mógł stać się sprzymierzeńcem legii Germańskich. Taką była *Lugdunensis colonia*, bo *pertinaci... fide.*

Castris: obu Germanii. W znaczeniu wielości obozów wielokrotnie.

Odio metu: względem Galby.

Vitellius: legatus consularis niższej Germanii, od Galby na miejsce zabitego Capitona przysłany (c. 9: *inferioris... aderat*).

Hiberna legionum: scil. inferioris Germaniae (c. 55: *ipsis... quintanique*); 1-ej w Bonna (c. 57: *proxima... erant*, IV 25: *Bonnam... legionis*), 5-ej i 15-ej w Castra Vetera (*s. v. duarum... praeerat* 2-o IV 18), 16-ej w Novaesium (IV 26: *ingressis... conjungitur*).

Redditi... mutaverant. 1-o *Ordines:* stopnie wojskowe; tak poniżej *ordinibus*, III 31, 49, IV 59. 2-o *Adlevatae: i. e. sublatae, ne onerent.* 3-o *Iudicio: scil. Vitellii.* 4-o *Avaritia:* Capito kazał sobie płacić za nieodebranie lub nadanie stopni.

In majus: scil. in studium obtinendi imperii.

Et... aliena. 1-o *Et:* odnosi się do *apud... humilis;* powinnoby więc stać po *Vitellius;* inwersya ta (*s. v. si... relinquerentur* c. 65) powoduje rozmaite w tekście zmiany. Nietylko względem ogółu czynił *plura ambitione* (zabiegami), ale

lis; ita comitatem bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena: simul, aviditate imperandi ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. multi in utroque exercitu sicut modesti quietique, ita mali et strenui; sed profusa cupidine et insigni temeritate legati legionum, Alienus Caecina et Fabius Valens: e quibus Valens infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset, instigare Vitellium, ardorem mi-

„nawet" (*et*) *apud severos* był *humilis*, uniżony. 2-o *Severos*: podwładni Vitelliusa; w c. 80 o surowych w przestrzeganiu karności setnikach powiedziano *severissimos centurionum*. 3-o *Ita: i. e. itaque*, więc; ponieważ Vittellius był uniżony; odnosi się do *faventes*, które właściwie powinnoby stać przed *comitatem bonitatemque*. 4-o *Faventes: scil. severi*. 5-o *Largiretur:* w porównaniu z *donaret* wyższa hojność. 6-o *Aliena*: *scil. ex fisco* (c. 58: *vacationes... numerat*).

Interpretabantur: powszechnie rozumiane *sensu activo*, więc odnoszone do *faventes*, jako podmiotu; zkądby koniecznie *aviditate imperandi* odnosić się musiało także do *faventes*, jako żądza panowania w nich tkwiąca; to niemożliwe; więc *imperandi* bywa zamieniane na *ei parendi*, *impetrandi*, *imperii dandi*, albo rozumiane *sensu passivo* „być rządzonym". Mylnie; *aviditas imperandi* tkwi w Vitelliusie, a *interpretabantur* powiedziano *sensu passivo;* tak *Gell.* XV 13: *testor quoque et interpretor significatione reciproca dicuntur*, a cały c. 13 mówi o *verba deponentia sensu passivo*. Przykłady: III 44 *testatum*, 82 *tripertito*, IV 6 *testatum*, 42 *expertum*, 86 *meditata*.

Multi... Valens. 1-o *Utroque: scil. superioris et inferioris Germaniae*. 2-o *Caecina:* półkownik legii 4-ej, w Moguntiacum, stolicy wyższej Germanii (*s. v. at... inputaretur* 1-o 5-o c. 55). 3-o *Valens:* półkownik legii 1-ej *Germanica*, w Bonna, niższej Germanii (c. 57, IV 19).

Valens... obtentans. 1-o *Cunctationem:* powinien był bez namysłu odrzucić ofiarowane mu panowanie (c. 8: *nec... conveniebat*). 2-o *Oppressa... consilia:* c. 7: *Capitonem... interfecerant*. 3-o *Tulisset: scil. Galba*. 4-o *Obtentans:* pozorując ;tak w rękopisach; istotnym powodem była nienawiść do Galby (*infensus Galbae*).

litum obtentans; ipsum celebri ubique fama, nullam in Flacco Hordeonio moram; adfore Britanniam, secutura Germanorum auxilia; male fidas provincias, precarium seni imperium et brevi transiturum. panderet modo sinum et venienti fortunae occurreret; merito dubitasse Verginium equestri familia, ignoto patre, imparem, si recepisset imperium, tutum, si recusasset: Vitellio tres patris consulatus censuram collegium Caesaris et inponere iam pridem imperatoris dignationem et auferre privati securitatem. quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis, quam ut speraret.

LIII. At in superiore Germania Caecina, decori iuventa, corpore ingens, animi inmodicus, cito sermone, erecto incessu, studia militum inlexerat. hunc, iuvenem, Galba, quaestorem in Baetica, inpigre in partes suas transgressum, legioni praeposuit; mox, compertum publicam pecuniam avertisse ut peculatorem, flagitari iussit. Caecina, aegre passus, miscere cuncta et privata vulnera rei publicae malis operire statuit: nec deerant in exercitu semina discordiae, quod et bello adversus Vindicem universus adfuerat, nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam, atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Ger-

Moram: powód do zwłoki dla Vitelliusa; tak c. 89; *Verg. ecl.* III 52: *in me mora non erit.*

Male fidus: scil. Galbae.

Merito... recusasset. 1-o *Ignoto: i. e. ignobili;* tak III 68; *Hor. sat.* I 6 *vv.* 6 i 24. 2-o *Si recusasset: recusavit;* więc *si recusasset* wyjęte z myśli Verginiusa o przyszłości; odpowiednio i *recepisset.*

Caecina... sermone. 1-o *Decori: i. e. decora;* od *decor* albo *decoris;* tak II 1; *Sall. hist. fr.* 3: *armis decoribus cultus;* odpowiednio *Verg. Aen.* VII 231: *indecores.* 2-o *Cito:* tak w rękopisach; zmieniane na *scito;* jeśli *erecto incessu* to i *cito sermone* mógł zyskiwać przychylnośc żołnierzy.

Nec... exercitu: scil. superioris Germaniae; negacya odnosi się do *deerant,* spójnik wiąże *in exercitu* z domyślnem *in Caecina.*

maniae praeventus erat: et Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propius miscentur; unde seditiosa colloquia et inter paganos corruptior miles, et in Verginium favor, cuicumque alii profuturus.

LIV. Miserat civitas Lingonum vetere instituto dona legionibus dextras, hospitii insigne. legati eorum, in squalorem maestitiamque compositi, per principia per contubernia modo suas iniurias modo vicinarum civitatium praemia, et, ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipsius exercitus pericula et contumelias conquerentes, accendebant animos: nec procul seditione aberant, cum Hordeonius Flaccus abire legatos, utque occultior digressus esset, nocte castris excedere iubet. inde atrox rumor, adfirmantibus plerisque interfectos, ac, nisi ipsi consulerent, fore, ut acerrimi militum et praesentia conquesti per tenebras et inscitiam ceterorum occiderentur. obstringuntur inter se tacito foedere legiones, adsciscitur auxiliorum miles, primo suspectus, tamquam circumdatis cohortibus alisque impetus in legiones pararetur, mox eadem acrius volvens, faciliore inter malos consensu ad bellum quam in pace ad concordiam.

LV. Inferioris tamen Germaniae legiones sollemni kalendarum Ianuariarum sacramento pro Galba adactae, multa cunctatione et raris primorum ordinum vocibus; ceteri silentio proximi cuiusque audaciam exspectantes,

Treveri... perculerat: s. v. proximae... metiebantur 1-o c. 8.

Vicinarum... praemia: s. v. Galliae... levamento 1-o c. 8.

Pericula: doznane w wojnie przeciw Galbie i Vindexowi.

Cohortibus alisque: bez bliższego określenia, albo przynajmniej kiedy insze znaczenie nie jest widoczne, są wojska posiłkowe, *cohortes* piechota, *alae* konnica; tu identyczne z *auxiliorum miles.*

Ceteri... inchoare. 1-o *Proximi:* odnosi się do *cujusque audaciam.* 2-o *Exspectantes: scil.*

insita mortalibus natura propere sequi, quae piguit inchoare. sed ipsis legionibus inerat diversitas animorum: primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbae imagines iecerint; quinta decuma ac sexta decuma legiones, nihil ultra fremitum et minas ausae, initium erumpendi circumspectabant. at in superiore exercitu quarta ac duoetvicensima legiones, isdem hibernis tendentes, ipso kalendarum Ianuariarum die dirumpunt imagines Galbae, quarta legio promptius, duoetvicensima cunctanter, mox consensu, ac, ne reverentiam imperii exuere viderentur, senatus populique Romani, obliterata iam nomina, sacramenta advocabant, nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente, quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus: non tamen quisquam in modum contionis aut suggestu locutus; neque enim erat adhuc cui inputaretur.

erant. 3-o *Piguit:* z rękopiśmiennego *pigit.*

At... inputaretur. 1-o *Quarta:* według IV 24 Vocula był w Moguntiacum na czele legii 22-ej; według niniejszego *quarta... tendentes* 4-a i 22-a miały to samo zimowisko, więc 4-a stała w Moguntiacum. 2-o *Senatus... advocabant:* też fakt w c. 12: *superioris... permittere.* 3-o *Oblitterata... nomina:* nawiasowy okrzyk żalu. 4-o *Sacramenta:* tak w rękopisach; niewłaściwie zamieniane na *sacramento;* świętości; tak *Petr. sat.* 80: *amicitiae sacramentum delevi;* odnosi się do *senatus... romani.* 5-o *Legatorum:* legii 22-ej Dillius Vocula (IV 24); Caecina, wedle c. 53: *at... Caecina,* stał w wyższej Germanii; wedle c. 52: *legati... Caecina,* był półkownikiem, więc drugiej z wymienionych tu, t. j. 4-ej. 6-o *In tumultu: scil. non parata contione,* w bezładzie. Odpowiednio *tumultus* w III 69 77, IV 33, V 15 jest brak takiego ładu, w jakim wojsko powinno występować do boju. 7-o *Turbantibus: intransitivum,* burzyć się; tak c. 85, II 86, *Verg. Aen.* VI 801: *turbant trepida ostia Nili.* 8-o *Neque... inputaretur: scil. contio.* Niewiadomo było, kto będzie cesarzem w miejsce Galby, przed kim się będzie można popisywać mową, którąby się było powiedziało przeciw Galbie.

LVI. Spectator flagitii Hordeonius Flaccus, consularis legatus, aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus, sed segnis pavidus et socordia innocens. quattuor centuriones duoetvicensimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique: nec cuiquam ultra fides aut memoria prioris sacramenti, sed, quod in seditionibus accidit, unde plures erant omnes fuere.

Nocte, quae kalendas Ianuarias secuta est, in coloniam Agrippinensem aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam et duoetvicensimam legiones, proiectis Galbae imaginibus, in senatus ac populi Romani verba iurasse. id sacramentum inane visum: occupari nutantem fortunam et offerri principem placuit: missi a Vitellio ad legiones legatosque, qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum adversus desciscentes, aut, si concordia et pax placeat, faciendum imperatorem, et minore discrimine sumi principem quam quaeri.

LVII. Proxima legionis primae hiberna erant et promptissimus e legatis Fabius Valens. is, die proximo coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis auxilia-

Socordia innocens: bo nie przyłączył się do buntu; nacisk na *socordia.*

Sacramenti: c. 53: *translatas... sacramento.*

Nutantem: i. e. nutu significantem (ut occupet); w takiem znaczeniu *Plaut. menech.* IV 2, 49: *nutat ne loquar;* może i w c. 2, IV 49.

Offerri... placuit. 1-o *Offerri: reflexivum.* 2-o *Principem:* na księcia. 3-o *Placuit: scil. Vitellio.*

Legiones legatosque: scil. inferioris Germaniae, cujus consularis erat.

Promptissimus: najbardziej na doręczu, w Bonna.

riorumque ingressus, imperatorem Vitellium consalutavit. secutae ingenti certamine eiusdem provinciae legiones: et superior exercitus, speciosis senatus populique Romani nominibus relictis, tertium nonas Ianuarias Vitellio accessit: scires illum priore biduo non penes rem publicam fuisse. ardorem exercituum Agrippinenses Treveri Lingones aequabant, auxilia equos arma pecuniam offerentes, ut quisque corpore opibus ingenio validus; nec principes modo coloniarum aut castrorum, quibus praesentia ex affluenti et, parta victoria, magnae spes, sed manipuli quoque et gregarius miles viatica sua et balteos phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniae tradebant, instinctu et impetu et avaritia.

LVIII. Igitur, laudata militum alacritate, Vitellius ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disponit, vacationes centurionibus ex fisco numerat, saevitiam militum plerosque ad poenam exposcentium saepius adprobat, raro simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus, procurator Belgicae, statim interfectus; Iulium Burdonem, Germanicae classis praefectum, astu subtraxit. exarserat in eum iracundia exercitus, tamquam crimen ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset. grata erat memoria Capitonis, et apud saevientes occidere palam, ignoscere non nisi fallendo licebat: ita

Ardorem... avaritia. 1-o Różni różnie interpunkcyą traktują. 2-o *Auxilia: scil. cohortes et alae auxiliares.* 3-o *Parta victoria:* hypotetycznie w przyszłości. 4-o *Insignia armorum: i. e. insignia arma;* tak *Ann.* I 61 *occulta saltuum* i *umido paludum.* 5-o *Viatica:* fundusze żołnierskie w kasie półkowej.

Igitur.. frustratur. 1-o *Igitur:* nawiązuje do c. 57: *secutae... accessit.* 2-o *Saevitiam... frustratur:* c. 58 do końca jest tego wyszczególnieniem. 3-o *Raro:* domysł wydawców.

Stratis: reflexivum; przenośnia wzięta od wód uspokojonych po burzy; *Verg. Aen.* V 763, VIII 88; *Stat. Silv.* II 5, 1: *quid tibi (leoni) constrata mansuescere profuit ira.*

in custodia habitus et post victoriam demum, stratis iam militum odiis, dimissus est. interim ut piaculum obicitur centurio Crispinus, qui se sanguine Capitonis cruentaverat, eoque et postulantibus manifestior et punienti vilior fuit.

LIX. Iulius deinde Civilis periculo exemptus, praepotens inter Batavos, ne supplicio eius ferox gens alienaretur: et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes, quartae decumae legionis auxilia, tum, discordia temporum, a legione digressae, prout inclinassent, grande momentum sociae aut adversae. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium, centuriones, de quibus supra rettulimus, occidi iussit, damnatos fidei crimine, gravissimo inter desciscentes. accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicae provinciae legatus, quem moxVitellius generum adscivit, et Iunius Blaesus, Lugdunensis Galliae rector, cum Italica legione et ala Tauriana, Lugduni tendentibus: nec in Raeticis copiis mora, quo minus statim adiungerentur: ne in Britannia quidem dubitatum.

LX. Praeerat Trebellius Maximus, per avaritiam ac sorde contemptus exercitui invisusque: accendebat odium eius Roscius Caelius, legatus vicensimae legionis, olim discors: sed occasione civilium armorum atrocius proruperant. Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinae Caelio, spoliatas et inopes legiones Caelius Trebellio obiectabat, cum interim foedis legatorum certaminibus modestia exercitus corrupta, eoque discordiae ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus et, adgregantibus se Caelio cohortibus alisque, desertus, Trebellius ad Vitellium

Supra: c. 56.
Sorde: tak w rękopisach.
Proruperant: scil. in discordiam; tak w rękopisach.
Inopes... perfugerit. 1-o *Legiones:* w Britannii stojące. 2-o *Legatorum*: trzech półkowników (legii w Britannii stojących, 2-ej, 9-ej i 20-ej między sobą. 3-o *Cohortibus alisque:* identyczne z *auxiliarium... militum.*

perfugerit. quies provinciae, quamquam remoto consulari, mansit: rexere legati legionum, pares iure, Caelius audendo potentior.

LXI. Adiuncto Britannico exercitu ingens viribus opibusque Vitellius duos duces, duo itinera bello destinavit:

Quies... mansit. 1-o *Remoto: reflexivum.* 2-o *Consulari: scil. Trebellio.*

Adjuncto. W niniejszym c. 61 mowa będzie o wyjściu wojsk Germańskich na plac boju. Według c. 55 było niższogermańskich legii cztery (1-a 5-a 15-a 16-a), według c. 55 i c. 61 wyższogermańskich trzy (4-a 21-a 22-a), razem siedm. Do wyszłych przyłączy się w c. 64 t. z. *Italica.* Według II 89 (*quattuor... vexilla*) do Rzymu wejdzie legii ośm. Więc z obozów wyszły wszystkie. Według II 89 wejdzie do Rzymu cztery z orłami (*quattuor... aquilae*), tyleż w postaci *vexillorum* (*totidem... vexilla*), t. j. oddziałów wyborowych; więc w takiejż postaci wyjdą teraz z obozów. Pytanie: które teraz wyjdą w postaci *vexillorum*? które w postaci legionów z orłami? Z c. 61: *Valenti... data* wiemy, że, z 4-ch niższogermańskich, 5-a wyjdzie z orłem, z reszty, t. j. z trzech, wyszli *electi* t. j. *vexillarii;* więc z trzech wyższogermańskich i czwartej *Italica* trzy wyszły z orłami, jedna w postaci *vexillorum.* Owóż według II 100 z Rzymu wyjdą 21-a 22-a i *Italica* z orłami, co, antytetycznie do „*vexilla... legionum*", wyrażono przez *secutae* i *incessere legiones.* Ztąd wniosek, że 4-a wyszła w postaci *vexillorum.* Wiadomości te niezbędne dla zrozumienia wielu następnych opisów bitew i pochodów.

Adjuncto... exercitu. 1-o Jeszcze w II 32 będzie powiedziano „*britannicum... distineri*". Obok wielu ubocznych, ten jest stanowczy powód dlaczego przypuścić nie można, jakoby już teraz wojsko britańskie faktycznie z Vitelliusem się było połączyło. Znaczy więc, że Trebellius, wielkorządzca Britannii, bawiąc obecnie przy Vitelliusie (c. 60: *Trebellius... perfugerit*), przystęp swój ze swem wojskiem do Vitelliusa oświadczył, i odpowiedni rozkaz wojsku swemu do Britannii wysłał. 2-o Z powyższego wypływa, że do c. 59: *ne... dubitatum* domyślać należy „*ab exercitu ut Vitellio jungeretur, a Trebellio jungi jusso*", że więc „*ne... dubitatum*" oznacza fakt późniejszy niż w następnym trzecim rozdziale (c. 61) wyrażone *adjuncto... exer-*

Fabius Valens adlicere, vel, si abnuerint, vastare Gallias et Cottianis Alpibus Italiam inrumpere, Caecina propiore transitu, Poeninis iugis, degredi iussus. Valenti inferioris exercitus electi cum aquila quintae legionis et cohortibus alisque, ad quadraginta milia armatorum, data; triginta milia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio una, primaetvicensima, fuit. addita utrique Germanorum auxilia, e quibus Vitellius suas quoque copias supplevit, tota mole belli secuturus.

LXII. Mira inter exercitum imperatoremque diversitas: instare miles, arma poscere: dum Galliae trepident, dum Hispaniae cunctentur, non obstare hiemen, neque ignavae pacis moras; invadendam Italiam, occupandam urbem; nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis quam consulto opus esset. torpebat Vitellius et fortu-

citu. Podobnie w IV 46 fakt na początku wyrażony przez *militaris... exarsit*, późniejszy jest o kilka dni, bo identyczny z opisanym w słowach *paucis... posset*, od faktów w następstwie aż do *die* wyrażonych. 3-o Związek ten między c. 59: *ne... dubitatum*, a c. 61: *adjuncto... exercitu* sprawia, iż cały c. 60 jest niejako nawiasem, służącym na usprawiedliwienie zdania, że „nawet w Britannii się niezawahano" mimo okoliczności, w c. 60 wyłuszczonych, które mogłyby były spowodować wahanie. 4-o W tem samem jak tu „*adjuncto*" znaczeniu ideowego przystąpienia do stronnictwa, powiedziano *adjungere* w I 31, 59, 61, 70, III 6, 44, 50, *juncti* w II 86.

Una, primaetvicensima: tak w rękopisach; nie przez wszystkich wydawców uznawane.

Addita... secuturus. 1-o *Germanorum auxilia: scil. cohortes et alae, e Germanis, utramque Germanicam provinciam colentibus, compositae.* 2-o *Suas... copias:* II 57: *ipse... adjunxit.* 3-o *Tota:* tą liczbą, która *molem belli* uzupełni (*s. v. omnium militum* c. 41).

Dum Galliae... hiemem. 1-o *Dum... trepident;* pókiby drżały, jedne ze strachu (c. 61: *si abnuerint... vastare Gallias... jussus*), drugie z życzliwości (c. 57: *ardorem... avaritia*). 2-o *Dum... cunctentur:* pókiby nie zaraz w obronie Galby wystąpiły.

nam principatus inerti luxu ac prodigis epulis praesumebat, medio diei temulentus et sagina gravis, cum tamen ardor et vis militum ultro ducis munia implebat. ut si adesset imperator et strenuis vel ignavis spem metumque adderet, instructi intentique signum profectionis exposcunt: nomen Germanici Vitellio statim additum: Caesarem se appellari etiam victor prohibuit. laetum augurium, Fabio Valenti exercituique, quem in bellum agebat, ipso profectionis die aquila levi meatu, prout agmen incederet, velut dux viae praevolavit, longumque per spatium is gaudentium militum clamor, ea quies interritae alitis fuit, ut haud dubium magnae et prosperae rei omen acciperetur.

LXIII. Et Treveros quidem ut socios securi adiere: Divoduri, Mediomatricorum id oppidum est, quamquam omni comitate exceptos subitus pavor terruit, raptis repente armis ad caedem innoxiae civitatis, non ob praedam aut spoliandi cupidine, et furore et rabie, et causis incertis eoque difficilioribus remediis, donec precibus ducis mitigati ab excidio civitatis temperavere; caesa tamen ad quattuor milia hominum: isque terror Gallias invasit, ut venienti mox agmini universae civitates cum magistratibus et precibus occurrerent, stratis per vias feminis puerisque, quaeque alia placamenta hostilis irae, non quidem in bello, sed pro pace tendebantur.

LXIV. Nuntium de caede Galbae et imperio Othonis

Ut... adderet: gdyby Vitellius obecny był w obozach, zamiast gnuśnieć w Colonia Agrippinensis, to żołnierze nie potrzebowaliby *ducis munia implere.* więc *ut... adderet* nie stoi w związku z *ardor... implebat*, ale z *instructi... exposcunt.*

Levi: tak *Sil.* VII 645: *levibus flexo... gvris ludificatur equo;* niepotrzebnie zamieniane na *leni.*

Socios: współstronnicy (c. 57: *ardorem... aequabant*). W tym sensie c. 51, IV 70.

Nuntium... accepit. Okrzyknął Vitelliusa 2-o Stycznia. Jeżeli na czele czterdziestu tysięcy, idących aż z Castra Vetera, wiado-

Fabius Valens in civitate Leucorum accepit, nec militum animus in gaudium aut formidine permotus, bellum volvebat: Gallis cunctatio exempta, et in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus. proxima Lingonum civitas erat, fida partibus. benigne excepti modestia certavere: sed brevis laetitia fuit, cohortium intemperie, quas a legione quarta decuma, ut supra memoravimus, digressas exercitui suo Fabius Valens adiunxerat. iurgia primum, mox rixae inter Batavos et legionarios: dum his aut illis studia militum adgregantur, prope in proelium exarsere, ni Valens animadversione paucorum oblitos iam Batavos imperii admonuisset. frustra adversus Aeduos quaesita belli causa: iussi pecuniam atque arma deferre gratuitos insuper commeatus praebuere. quod Aedui formidine, Lugdunenses gaudio fecere: sed legio Italica et ala Taurina abductae, cohortem duodevicensimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens, legatus Italicae legionis, quamquam bene de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit: secretis eum criminationibus infamaverat Fabius, ignarus, et, quo incautior deciperetur, palam laudatum.

mość o śmierci Galby, zaszłej 15-o Stycznia, otrzymuje w *civitas Leucorum*, t. j. u źródeł Mosy, to okazał, jak w owych czasach pochód wojsk szybko, nawet w najtwardszą porę zimy, mógł się odbywać.

Gallis: pozornie oznacza wszystkich Gallów; w rzeczy są, według c. 51, tylko *Sequani Aeduique ac deinde*, z wyłączeniem Treverów i Lingonów, którzy już w c. 57 sprzyjali Vitelliusowi. Właściwość Tacyta, iż wyraża się o kraju, narodzie, miejscowości, wojsku, jakby o całości, mając tylko część, trudną do odgadnienia, na myśli, jest zbyt powszednią, żeby ją można wszędzie zaznaczać.

Certavere: scil. milites romani inter se.

Infamaverat... laudatum. 1-o *Ignarus: scil: ignoratus, Fabius, a quo Valens ignorabat se infamari* (*s. v. quae... vetita* 2-o III 8); tak w rękopisach. 2-o *Incautior: scil. Valens.* Zestawione dwa obok siebie przymiotniki rodzaju męskiego, liczby poje-

LXV. Veterem inter Lugdunenses et Viennenses discordiam proximum bellum accenderat: multae in vicem clades, crebrius infestiusque, quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur: et Galba reditus Lugdunensium occasione irae in fiscum verterat, multus contra in Viennenses honor; unde aemulatio et invidia et uno amne discretis conexum odium. igitur Lugdunensis extimulare singulos militum et in eversionem Viennensium impellere, obsessam ab illis coloniam suam, adiutos Vindicis conatus, conscriptas nuper legiones in praesidium Galbae referendo: et ubi causas odiorum praetenderant, magnitudinem praedae ostendebant; nec iam secreta exhortatio, sed publicae preces: „irent ultores! excinderent sedem Gallici belli! cuncta illic externa et hostilia! se coloniam romanam et partem exercitus et prosperarum adversarumque rerum socios!" si fortuna contra daret, iratis ne relinquerentur.

dyńczej, w nominativie, z których każdy do innej osoby się odnosi, sprawiają niejasność.

Proximum: scil. Vindicis.

Irae: dativus; Galba skorzystał ze sposobności, by udawać gniew, i skonfiskować dochody Lugduńczyków.

Aemulatio... odium. 1-o *Aemulatio: Cic. tusc.* IV 8: *est aemulatio aegritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.* 2-o *Uno amne:* jedynie rzeką; tak *Liv.* XXIII 31: *canali uno discreta.*

Gallici: scil. contra Vindicem.

Si... relinquerentur. Powszechnie rozumiane jako dalszy ciąg *precum;* owszem, wyraża ich cel ukryty. Do mylnego rozumienia daje powód nieprawidłowo umieszczone *ne*, którego właściwsze miejsce przed *si*. Inwersyi (t. z. *anastrophe*) takich (które dają pole do mylnego rozumienia, a przeto i do zmian w tekście) znajdujemy sporo. Poniżej zaznaczono będzie, jak właściwie wyrazy staćby powinny: w 19 *ac* przed *medie*, 25 *per... Nymphidii* po *ut*, 32 *et* po *clamore*, 37 *tamquam* przed *subjectos*, 45 *et* przed *signatum*, 48 *et* przed *Titus*, 49 *nec* przed *famae*, 50 *bello* przed *vicisset*, 51 *ingenio... disciplinae* przed *militiam... toleraverant*, 52 *et* po *Vitellius*, 56 *non* przed *ausus*, 71 *velut fataliter* po *etiam... et*, 72 *et* po *urbe*, 74 *paria* przed *pecuniam... legisset*, 79 *et* przed *Ju-*

LXVI. His et pluribus in eundem modum perpulerant, ut nec legati quidem ac duces partium restingui posse

lianus, 80 *prope* po *urbi*, i *inter temulentos* przed *visa* albo po *arma*, i drugie *et* przed *tribunos*, 82 *et* przed *Licinius*, 83 *sed* po *veni*, 84 albo *usque* przed *regibus*, albo *a* po *regibus*, 88 *nec... hostis* przed *fratrem*, i *ac si* przed *in pace*, II 1 *cum* przed *decori*, 2 *et* przed *spem*, 10 *id* po *senatus*, 11 *et... pedestre* przed *sed*, 12 dwa *et* przed *mare* i przed *naves*, 15 *et* przed *atrox*, 18 *et* przed *pro Othone*,19 *culpam* przed *non tam*, 23 *ne* (*interrogativum*) po *longius*, 24 *nequicquam* po *omnia*, i *ne* przed *propinquante*, 26 *ne* przed *tantum*, 28 *et* przed *a classe*, 33 *se ipsum* przed *imperiis*, 36 *Macer* po *cum* i *laeto milite* przed *et* (*ad*), 44 *quod* przed *militum*, a *quod militum* przed *cum*, bo pierwsze *et* przed *contactu*, drugie *et* przed *invidia*, a *et invidia* przed *adversus*, 60 *et* po *Vitellius*, 64 *et* (*Triariae*) przed *modestum*, 68 *quidem* po *partes*, 87 *ceteri* po *paulatim*, 93 *insuper* po *confusus*, 95 *natalem... diem* po *gladiatoribus*, 100 *mutatum* po *finxit*, III 3 *et* przed *vulgus*, 6 *quaeque* przed *proxima*, 38 *non* po *se*, 47 *quoque* po *faces*, 69 *haud* po *tradere*, 83 *et* (*et*) przed *cruor*, IV 4 *ut* po *honorificam*, 5 *quo* przed *nomine*, 11 *enim* po *is*, 29 *nec* przed *nox*, zaś *simul* po *incubuerat*, 31 *militiae* po *adfectus*, 34 *redintegrata acie* po *ne*, 35 (*desertas*) *que* powinnoby być zamienione na *et*, to *et* stać przed *desertos*, odnosząc się do *querebantur*, 38 *provinciae* po *ingenio*, 39 *que* po *egregiis*, 42 *etiam* po *aemulos*, 53 *et* przed *argenti*, 54 *et* przed *per Gallias*, 57 *ruptores foederum* przed *eadem*, 66 *quominus* przed *occupatisque*, V 7 *in* przed *herbas*, 12 *quamvis* po *adversus*, i *tamquam* przed *in pace*, 13 *apud veteres* przed *reperta*, 15 *minus* przed *ut*, 21 *quamquam* przed *paucos*, 25 *legionum* po *plures*.

His... accepta. 1-o *Perpulerant: scil. Lugdunenses militem romanum in eversionem Viennensium.* Wyraża *implicite* postanowienie wojska by zburzyć Viennę, i czyn wymarszu. Podobnej wielości faktów zawartych w jednem słowie, przykładem *Agr.* 38 *tenuit* (patrz przedmowę do tłomaczenia Agrykoli i Roczników str. 10—13). 2-o *Ut: consecutivum;* tak nader często, chociaż na pozór *finale.* 3-o *Arbitrarentur*: osądzić, uznać; tak *Dig.* IV 8, *l.* 44. 4-o *Cum... animos*: odnosi się do *perpulerant.* Takiem dopiero rozumieniem nabiera *his... animos* logicznego związku i obrazowego efektu. Czytelnik spodzie-

iracundiam exercitus arbitrarentur, cum haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta et infulas praeferentes, ubi agmen incesserat, arma genua vestigia prensando flexere militum animos; addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios; tum vetustas dignitasque coloniae valuit et verba Fabi, salutem incolumitatemque Viennensium commendantis, aequis auribus accepta. publice tamen armis multati: privatis et promiscis copiis iuvere militem. sed fama constans fuit ipsum Valentem magna pecunia emptum. is diu sordidus, repente dives mutationem fortunae male tegebat, accensis egestate longa cupidinibus immoderatus et inopi iuventa senex prodigus. lento deinde agmine per fines Allobrogum ac Vocontiorum ductus exercitus, ipsa itinerum spatia et stativorum mutationem venditante duce, foedis pactionibus adversus possessores agrorum et magistratus civitatum, adeo minaciter, ut Luco, municipium id Vocontiorum est, faces admoverit, donec pecunia mitigaretur. quotiens pecuniae materia deesset, stupris et adulteriis exorabatur. sic ad Alpes perventum.

wa się strasznych opisów, zniszczenia Vienny; aliści, wprost przeciwnie, okazują się godła pokoju, i raptem złagodniałe wojska. W zwyczajnej prozie nie *cum* ale *tum* by powiedziano. Takiej figury, iż okoliczność podrzędna, tu *perpulerant*, wyrażona w zdaniu głównem, zaś bezpośrednio, zapomocą *cum*, przyczepiony obraz główny, z tamtym jaskrawo sprzeczny, w zdaniu ubocznem, przykłady: c. 29 *ignavus... raperetur*, 60 *Trebellius... perfugerit*, 69 *ne Vitellius... fuerat*, II 14 *Treverorum... audebant*, 36 *Macer... protegitur*, III 31 *jam... animi*, IV 23 *clamore... obruuntur*, 33 *quae... mutatur*, 66 *movebatur... dedidere*, 75 *tenebantur... epistulas*. 5-o. *Vestigia:* stopy; tak IV 81.

Armis: *scil. ademptis.*

Promiscis: powszednie, pospolite; tak *G.* 5 *promisca ac vilia.*

Constans: równocześnie zgodna.

Inopi juventa: abl. causae.

Lento... duce. 1-o *Fines:* kraj; tak IV 37, 64, 65, 66, 79, V 1, 6. 2-o *Ipsa... duce:* gdy dostał okup, by nie dawać wojsku odpoczywać albo noclegować, gdzie należało, to marsze przedłużał.

LXVII. Plus praedae ac sanguinis Caecina hausit. inritaverant turbidum ingenium Helveti, Gallica gens, olim armis virisque, mox memoria nominis clara, de caede Galbae ignari et Vitellii imperium abnuentes. initium bello fuit avaritia ac festinatio unaetvicensimae legionis; rapuerant pecuniam missam in stipendium castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac st.pendiis tuebantur. aegre id passi Helvetii, interceptis epistulis, quae nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionem et quosdam militum in custodia retinebant. Caecina belli avidus proximam quamque culpam, antequam paeniteret, ultum ibat: mota propere castra, vastati agri, direptus longa pace in modum municipii exstructus locus, amoeno salubrium aquarum usu frequens, missi ad Raetica auxilia nuntii, ut versos in legionem Helvetios a tergo adgrederentur.

LXVIII. Illi ante discrimen feroces, in periculo pavidi, quamquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in unum consulere: exitiosum adversus veteranos proelium, intuta obsidio dilapsis vetustate moenibus; hinc Caecina cum valido exercitu, inde Raeticae alae cohortesque et ipsorum Raetorum iuventus sueta armis et more militiae exercita: undique populatio et caedes: ipsi, medio vagi, abiectis armis, magna pars saucii aut palantes, in montem Vocetium perfugere, ac statim inmissa cohorte Thraecum depulsi et consectantibus Germanis Raetisque per silvas atque in ipsis latebris trucidati; multa hominum milia caesa, multa sub corona venundata,cumque, dirutis omnibus Aven-

Olim: za czasów Caesara.

Unaetvicensimae: miała swój obóz na granicy Helvecyi, w Vindonissa.

Olim: obecnie, dla autora, kiedy pisze, minionym.

Raetica auxilia: sprzyjały Vitelliusowi (c. 59: *nec... mora*).

ticum, gentis caput, iusto agmine peteretur, missi qui dederunt civitatem, et deditio accepta. In Iulium Alpinum, e principibus, ut concitorem belli, Caecina animadvertit, ceteros veniae vel saevitiae Vitellii reliquit.

LXIX. Haud facile dictu est, legati Helvetiorum minus placabilem imperatorem an militem nvenerint. civitatis excidium poscunt, tela ac manus in ora legatorum intentant: ne Vitellius quidem verbis et minis temperabat, cum Claudius Cossus, unus ex legatis, notae facundiae, sed dicendi artem apta trepidatione occultans atque eo validior, militis animum mitigavit, ut est mos vulgo: mutabile subitis, et tam pronum in misericordiam, quam immodicum saevitia fuerat: effusis lacrimis et meliora constantius postulando inpunitatem salutemque civitati inpetravere.

LXX. Caecina, paucos in Helvetiis moratus dies, dum sententiae Vitellii certior fieret, simul transitum Alpium parans, laetum ex Italia nuntium accipit alam Silanam circa Padum agenem sacramento Vitellii accessisse. pro consule Vitellium Silani in Africa habuerant: mox a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur, exciti et ob bellum Vindicis revocati ac tum in Italia manentes, instinctu decurionum, qui, Othonis ignari, Vitellio obstricti, robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus attollebant, transiere inpartes, et, ut donum aliquod novo principi, firmissima transpadanae regionis municipia, Me-

Dederunt: tak w rękopisach.

Mutabile: scil. rulgus; tak w rękopisach; też *immodicum;* zdanie oderwane.

Sententiae: scil. de ceteris (c. 68: *ceteros... reliquit*); uzucie, myśl, zamiar; tak np. w cc. 33, 39, II 33 (*bis*).

Ut (*Raeticis*): tak w rękopisach; jakimby sposobem; tak *Ann.* XIV 13: *cunctari*(...) *quonam modo*(...) *ingrederetur;* tak *ut* po domyślnem *verbum cogitandi* w *Verg. Aen.* II 3: *jubes renovare dolorem Trojanas ut opes... eruerint Danai.*

Et (*grave*): *xplicativum.*

diolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas adiunxere. id Caecinae per ipsos compertum, et quia praesidio alae unius latissima Italiae pars defendi nequibat, praemissis Gallorum Lusitanorumque et Britannorrum cohortibus et Germanorum vexillis cum ala Petriana, ipse paulum cunctatus est, ut Raeticis iugis in Noricum flecteret adversus Petronium Urbicum procuratorem, qui, concitis auxiliis et interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur. sed metu, ne amitteret praemissas iam cohortes alasque, simul reputans plus gloriae retenta Italia, et ubicumque certatum foret, Noricos in cetera victoriae praemia cessuros, Poenino itinere subsignanum militem et grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus traduxit.

LXXI. Otho interim contra spem omnium non deliciis neque desidia torpescere: dilatae voluptates, dissimulata luxuria et cuncta ad decorem imperii composita, eoque plus formidinis adferebant falsae virtutes et vitia reditura. Marium Celsum consulem designatum per speciem vinculorum saevitiae militum subtractum acciri in Capitolium iubet; clementiae titulus e viro claro et partibus inviso petebatur. Celsus, constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit. nec Otho quasi ignosceret, sed... statim inter intimos amicos habuit et mox bello inter duces delegit, mansitque Celso, velut fataliter, etiam pro Othone fides, integra et infelix. laeta primoribus civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus, cui irascebantur.

Titulus: imię chwalebne, chwała; tak *Liv.* XXVIII 41: *penes C. Lutatium prioris punici belli titulus fuit.*

Nec... infelix. 1-o *Nec:* negacya odnosi się do *quasi ignosceret,* spójnik do *Otho.* 2-o *Velut fataliter:* odnosi się wyłącznie do *infelix.*

LXXII. Par inde exsultatio, disparibus causis, consecuta, impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus obscuris parentibus, foeda pueritia, inpudica senecta, praefecturam vigilum et praetorii et alia praemia virtutum, quia velocius erat, vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam, virilia scelera, exercuit, corrupto ad omne facinus Nerone, quaedam ignaro ausus ac postremo eiusdem desertor ac proditor: unde non alium pertinacius ad poenam flagitavere, diverso adfectu, quibus odium Neronis inerat et quibus desiderium. apud Galbam Titi Vinii potentia defensus, praetexentis servatam ab eo filiam. haud dubie servaverat, non clementia, quippe tot interfectis, sed effugium in futurum, quia pessimus quisque diffidentia praesentium mutationem pavens, adversus publicum odium privatam gra-

Par... exitio. Powód, dla którego *par*(...) *exsultatio*(...) *consecuta* (*scil est.*), był jeden, mianowicie *impetratum Tigellini exitium.* Nie stosuje się więc *disparibus causis*, ani, jako wyrażenie powodu, do *par*(...) *exsultatio consecuta*, ani, jako bliższe określenie, do *impetrato... exitio;* jest więc nawiasowy *abl. absolutus*, z domyślnem *verbum*, wyrażającem byt. Dwie były *causae exsultationis*, jedną *Celsi salus*, drugą *Tigellini exitium. Disparibus* oznacza sprzeczność między radością z wybawienia od śmierci, a jej żądaniem (wyrażonem niżej przez *ad... flagitavere*). Tak w II 4, IV 46, 68.

Adeptus: scil. adipisci conatus, ze względu na *quia velocius erat*, co wyraża pobudkę, tkwiącą w myśli Tigellinusa.

Corrupto: Nero, wedle *Ann.* XIV 51, w ośm lat po objęciu panowania, już wszelaką zbrodnią skalany, Tigellinusa przyjął na spólnika najtajniejszych lubieży. Więc nie pod jego wpływem stał się *corruptus*, do *corrupto* nie należy domyślać *a Tigellino*, a *corrupto* oznacza tę właściwość, iż podwładnym popuszczał cugli, pozwalał na złoczyństwa (*s. v. Pacensis... avidus* 4-o II 12).

Effugium: można ... podciągnąć pod właściwość stylową, o której *s. v. jussit.. .ultionem* 3-o c. 44, b., wziąć za przedmiot słowa *servaverat*, c., za *accusativus* zależny od *in*, a *in* uważać za przestawione po zamiast przed *effugium.*

tiam praeparat; unde nulla innocentiae cura, sed vices impunitatis. eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vinii invidia, concurrere, et tota urbe in Palatium ac fora, et, ubi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effusi seditionis vocibus strepere, donec Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas supremae necessitatis nuntio, inter stupra concubinarum et oscula et deformes moras sectis novacula faucibus infamem vitam foedavit, etiam exitu sero et inhonesto.

LXXIII. Per idem tempus, expostulata ad supplicium, Galvia Crispinilla variis frustrationibus et adversa dissimulantis principis fama, periculo exempta est, magistra libidinum Neronis, transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum, famem populo Romano haud obscure molita. totius postea civitatis gratiam obtinuit, consulari matrimonio subnixa et apud Galbam Othonem Vitellium illaesa, mox potens pecunia et orbitate, quae bonis malisque temporibus iuxta valent.

LXXIV. Crebrae interim et muliebribus blandimentis infectae ab Othone ad Vitellium epistulae offerebantur:

Et (*tota*): tak w rękopisach; odpowiada następnemu *et;* odnosi się do *in... fora* (*s. v. si... relinquerentur* c. 65).

Per... molita: tworzy jedno skończone zdanie.

Offerebantur: tak w rękopisach; przez posłów, o których (niżej) *legati... remansere*, były „do” Vitelliusa noszone, ale niedonaszane; dlatego *imperfectum;* o powodach, dla których nie były donaszane, *s. v. apud Vitellium*. Na tem kończy się zdanie. Wydawcy zamieniają na *offerebant*, i, jako z podmiotem, wiążą z *pecuniam... legissent*. Powodem mylnego rozumienia przestawione *paria*, które, według naszej stylistyki, powinnoby stać przed *pecuniam* (*s. v. si... relinquerentur* c. 65). O *ob* w znaczeniu *ad* patrz De Vit *s. v. ob*.

Pecuniam... legisset: czy *pecuniam... legisset* jest epexegezą do *paria*? czy *paria* streszczeniem wyrazów *pecuniam... legisset*? czy do *paria* należy domyślać *blandimenta*? czy wziąć w charakterze rzeczownika? rzeczy wątpliwe.

pecuniam et gratiam, et quemcumque quietis locum prodigae vitae legisset, paria Vitellius ostentabat; primo mollius, stulta utrimque et indecora simulatione, mox quasi rixantes stupra et flagitia in vicem obiectavere, neuter falso. Otho, revocatis, quos Galba miserat, legatis, rursus alios ad utrumque Germanicum exercitum et ad legionem Italicam easque, quae Lugduni agebant, copias specie senatus misit. legati apud Vitellium remansere promptius, quam ut retenti viderentur; praetoriani, quos, per simulationem officii, legatis Otho adiunxerat, remissi, antequam legionibus miscerentur. addidit epistulas Fabius Valens nomine Germanici exercitus ad praetorias et urbanas cohortes, de viribus partium magnificas et concordiam offerentes; increpabat ultro quod tanto ante traditum Vitellio imperium ad Othonem vertissent.

LXXV. Ita promissis simul ac minis temptabantur

Otho... misit. 1-o *Quos... miserat:* c. 19: *censuerant... legatos.* Widać ztąd, że, wyznaczeni 10-o Stycznia, wyjechali przed śmiercią Galby, t. j. przed 15-m. 2-o *Rursus:* znów, powtórnie; tak najczęściej; w zwrot, wstecz w c. 31, II 22, 25, 43, III 14; wątpliwe, jedno z tych dwóch ma znaczenie w cc. 21, 46, III 32, 82, IV 35, 57, 70, 78; owszem, przeciwnie w c. 1, II 94, III 22, 83, IV 14, V 4. 3-o *Alios:* tak w rękopisach.

Apud Vitellium: scil. apud exercitum Vitellii: tak II 26 *apud Othonem.* Że nie przy jego osobie, dowody: a., *Germanicus exercitus superior* przekroczył już Alpy, wedle c. 70: *Poenino... traduxit (scil. Caecina);* b., *inferior* (wraz z *legio Italica,* wedle c. 64) doszedł do Alp, wedle c. 64: *ad Alpes perventum;* c., że trzecie wojsko, do którego Otho wyprawił posłów (była, według c. 64, *cohors decima octava*) teraz w Lugdunie stało, wyrażono przez *easque... copias.* Owszem d., Vitellius jeszcze w II 59 (*Arare... devehitur*) powyżej Lugdunum znajdować się będzie, a z żadnem ze swych wojsk się nie spotka, gdyż na plac bitwy, w której wszystkie uczestniczyć będą, dopiero w 40 dni po niej dojdzie (II 70: *inde... corpora*).

Tanto: Vitellius obwołany 2-o, Otho 15-go Stycznia.

ut bello impares, in pace nihil amissuri: neque ideo praetorianorum fides mutata. sed insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi. utrisque frustra fuit, Vitellianis impune, per tantam hominum multitudinem mutua ignorantia fallentibus: Othoniani novitate vultus, omnibus in vicem gnaris, prodebantur. Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit, exitium ipsi filioque eius minitans, ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur: et stetit domus utraque, sub Othone incertum an metu: Vitellius victor clementiae gloriam tulit.

LXXVI. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius iurasse in eum Delmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones: idem ex Hispania adlatum, laudatusque per edictum Cluvius Rufus, et statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam. ne Aquitania quidem, quamquam ab Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit; nusquam fides aut amor: metu ac necessitate huc illuc mutabantur. eadem formido provinciam Narbonensem adVitellium vertit, facili transitu ad proximos et validiores. longinquae provinciae, et quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebat, non partium studio; sed erat grande momentum in nomine urbis ac praetexto senatus, et occupaverat animos prior auditus. Iudaicum exercitum

Mutua ignorantia: scil. tantae Romam incolentium multitudinis; wzajem siebie nieznali, więc niepoznawali się na *insidiatores Vitelliani.*

Omnibus... gnaris: scil. Vitellianis militibus.

Clementiae... tulit: Otho sam się zabił; więc Vitellius dzięki litości swej tylko syna Vitelliusowego nie zabił.

Mansit: scil. penes Othonem, tak (niżej) *penes Othonem manebat.*

Mutabantur: scil. Hispania et Aquitania.

Quicquid... manebat: Britannia jest za Vitelliusem (c. 59: *ne... dubitatum*); więc *quicquid mari dirimitur* o tyle usprawiedliwione o ile *mare* różni się od *fretum;* gdyż, w III 2, *Britanniam freto dirimi* należy rozumieć „tylko cieśniną”.

Vespasianus, Suriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere; simul Aegyptus omnesque versae in Orienten provinciae nomine eius tenebatur. idem Africae obsequium initio Karthagine orto; neque exspectata Vipstani Aproniani proconsulis auctoritate Crescens, Neronis libertus, nam et hi malis temporibus partem se rei publicae faciunt, epulum plebi ob laetitiam recentis imperii obtulerat, et populus pleraque sine modo festinavit. Karthaginem ceterae civitates secutae.

LXXVII. Sic distractis exercitibus ac provinciis Vitellio quidem ad capessendam principatus fortunam bello opus erat, Otho, ut in multa pace, munia imperii obibat, quaedam ex dignitate rei publicae, pleraque contra decus, ex praesenti usu properando. consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse; proximos menses Verginio destinat ut aliquod exercitui Germanico delenimentum; iungitur Verginio Pompeius Vopiscus, praetexto veteris amicitiae: plerique Viennensium honori datum interpretabantur. ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias, Arrio Antonino et Mario Celso in Septembres: quorum honoribus ne Vitellius quidem victor intercessit. sed Otho pontificatus auguratusque honoratis iam senibus, cumulum dignitatis, addidit, aut recens ab exilio reversos nobiles adulescentulos avitis ac paternis sacerdotiis in solacium recoluit. redditus Cadio

Neronis libertus: więc wróg Galby, a stronnik Othona.

Ceterae: scil. Africae provinciae.

Otho... properando. 1-o *Ut: i. e. velut;* tak nader często. 2-o *Quaedam... reipublicae* wyszczególnione w *consul... recoluit*, zaś *pleraque contra decus* w *redditus... reposuit* (c. 78).

Consul... Septembres. 1-o *In... Martias:* aż do; tak samo *in Julias* i *in Septembres.* 2-o *Menses:* Marzec i Kwiecień; tak i następne konsulaty dwumiesięczne. 3-o *Amicitiae: scil. suae, Othonis.* 4-o *Viennensium:* przeciwnicy Lugduńczyków, stronników Vitelliusa.

Rufo, Pedio Blaeso, Scaevino Prisco senatorius locus. repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant: placuit ignoscentibus, verso nomine, quod avaritia fuerat videri maiestatem, cuius tum odio etiam bonae leges peribant.

LXXVIII. Eadem largitione civitatium quoque ac provinciarum animos adgressus, Hispalensibus et Emeritensibus familiarum adiectiones, Lingonibus universis civitatem Romanam, provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit, nova iura Cappadociae, nova Africae, ostentui magis quam mansura. inter quae, necessitate praesentium rerum et instantibus curis excusata, ne tum quidem inmemor amorum, statuas Poppaeae per senatus consultum reposuit. creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse spe vulgus adliciendi; et fuere qui imagines Neronis proponerent; atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles, tamquam nobilitatem ac decus adstruerent, Neroni Othoni adclamavit. ipse in suspenso tenuit, vetandi metu vel adgnoscendi pudore.

LXXIX. Conversis ad civile bellum animis externa sine cura habebantur. eo audentius Rhoxolani, Sarmatica gens, priore hieme caesis duabus cohortibus, magna spe ad Moesiam inruperant, novem milia equitum, ex ferocia et successu praedae magis quam pugnae intenta. igitur vagos et incuriosos tertia legio adiunctis auxiliis repente inva-

Videri... peribant. 1-o *Majestatem: scil. crimen majestatis.* 2-o *Bonae leges.: scil. de repetundis.*

Familiarum adjectiones: Liv. XLIII 17: *postulantibus... ut numerum colonorum augerent, mille et quinquaginta familiae ex sc. scriptae.*

Proponerent: wystawili na widok publiczny; *Plin. h. n.* XXXV 14: *oppugnationesque depictas proponendo in foro.*

Neroni Othoni: Suet. Otho 7: *ab infima plebe appellatus Nero.*

Ad: scil. usque ad; tak w rękopisach.

sit. apud Romanos omnia proelio apta: Sarmatae, dispersi, haut cupidine praedae, graves onere sarcinarum et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate, velut vincti caedebantur. namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos; nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit. sed tum umido die et soluto gelu neque conti neque gladii, quos praelongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis et cataphractarum pondere. id principibus et

Dispersi haut cupidine praedae. 1-o Jeśli brać, za ogółem uczonych, rękopiśmienne *aut* jako *sive*, *vel*, niema sensu, gdyż *dispersi* względem *cupidine praedae* ani w stosunku przeciwieństwa, ani alternatywy, jednoznaczności pomyślanem być nie może. To powoduje, iż *cupidine praedae* wiążą z *dispersi* (bądź *cupidine praedae*, bądź *dispersi* kładąc na początku zdania), zaś *aut* przekładając między *praedae* (*resp. dispersi*) a *graves*, przeciwstawiają sobie wzajem dwa zdania, z jednej strony *dispersi cupidine praedae*, z drugiej (*aut*) *graves onere sarcinarum*. Zmiany te są niewłaściwe, a bezsensowność rękopi.u tylko pozorną, gdyż *aut* znaczy *haut*. Tak w III 69, IV 36, 71 rękopiśmienne *aut* bezspornie znaczy *haut*, III 49 *ac* znaczy *hac*. Owszem *h* niewłaściwie dodawane w cc. 2 *cohortae*, 31 *adhorti*, IV 60 *cohorti*, I 6, 68, II 78, IV 24 *homine*, *hominis*, I 6, 19, 28 (*bis*), 43, 49, 64, III 5 *his*, I 45 *antehire*, II 61 *haeduorum*, 62 *harena*, V 7 *harenae*, IV 13 *haut*, 63 *Ubihos* (*s. v. ostium* IV 58). 2-o *Dispersi:* appozycya do *Sarmatae;* tosamo co powyżej *vagos*. *Vagi* byli ponieważ *incuriosi;* więc tak samo powodem, dla którego byli *dispersi*, była ich *incuria*, z wyraźnem wyłączeniem żądzy łupów; to zaś dopiero *dispersi*, obok okoliczności zaznaczonych przez *graves... pernicitate*, było powodem, iż *velut vincti caedebantur*. 3-o Mylne rozumienie wyrazu *aut* prowadzi niektórych uczonych, iż rozumieją *sarcinarum* jako łupy. Mieniąc bowiem, że niektórzy Sarmaci byli rozsypani żądzą łupów, przypuszczają, że Sarmaci byli już niemi obciążeni, i przez *sarcinae* rozumieją właśnie takie łupy; mylnie, gdyż *sarcinae* są zawsze juki, obłogi Tu myśl o łupach jest tembardziej wykluczoną, ile powiedziano *haut cupidine praedae*.

nobilissimo cuique tegimen, ferreis lamminis aut praeduro corio consertum, ut adversus ictus inpenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum: simul altitudine et mollitia nivis hauriebantur. Romanus miles, facilis lorica et missili pilo aut lanceis adsultans, ubi res posceret, levi gladio inermem Sarmatam, neque enim scuto defendi mos est, comminus fodiebat, donec pauci, qui proelio superfuerant, paludibus abderentur; ibi saevitia...absumpti. postquam id Romae compertum, M. Aponius, Moesiam obtinens, triumphali statua, Fulvus Aurelius, Iulianus et Tettius ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus ornamentis donantur, laeto Othone et gloriam in se trahente, tamquam et ipse felix bello et suis ducibus suisque exercitibus rem publicam auxisset.

LXXX. Parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio prope urbi excidio fuit. septumam decumam cohortem e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat: armandae eius cura Vario Crispino tribuno e praetorianis data. is quo magis vacuus, quietis castris, iussa exsequeretur, vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario iubet. tempus in suspicionem, causa in crimen,

Inhabile: scil. quod inhabile reddebat; tak III 59; *Curt.* VIII 9: *telum... inhabili pondere oneratur; Liv* XXXIII 30: (*navem*) *inhabilis prope magnitudinis.*

Facilis lorica: scil. qui, ut in lorica, non in cataphracta, facile movetur; Verg. Aen. VIII 310: *facilisque oculos fert omnia circum;* tak *G.* 16 *sagulo leves.*

Fulvius... Lupus. 1-o *Aurelius:* w Moesyi stały legie 3-a 7-a *Claud.* 8-a (II 85); półkownikiem 7--ej Tettius Julianus (II 85), 8-ej Numisius Lupus (III 10); więc (obecnie) Aurelius 3-ej; w III 10 będzie nim Dillius Aponianus. 2-o *Julianus et Tettius: s. v. si... relinquerentur* c. 65.

Tempus... movere. 1-o *In suspicionem:* jakoby 17-a kohorta *ad perniciem Othonis* się zbroiła. 2-o *Causa in crimen:* Crispinus podaje przyczynę (*causa*); ta pretoryan nie zadawalnia, iż owszem podejrzenie staje się zarzutem (*crimen*). Gdy Crispinus podał powód, czemu wybrał czas

adfectatio quietis in tumultum evaluit, et visa inter temulentos arma cupidinem sui movere. fremit miles et tribunos et centurionesque proditionis arguit, tamquam familiae senatorum ad perniciem Othonis armarentur, pars ignari et vino graves, pessimus quisque in occasionem praedarum, vulgus, ut mos est, cuiuscumque motus novi cupidum, et obsequia meliorum nox abstulerat. resistentem seditioni tribunum et severissimos centurionum obtructant; rapta arma, nudati gladii, insidentes equis urbem ac Palatium petunt.

LXXXI. Erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque; qui trepidi, fortuitusne militum furor an dolus imperatoris? manere ac deprehendi an fugere et dispergi periculosius foret? modo constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis vultum intueri; utque evenit, inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur. sed haud secus discrimine senatus quam suo territus et praefectos praetorii ad mitigandas militum iras statim miserat et abire propere omnes e convivio iussit. tum vero passim magistratus, proiectis insignibus, vitata comitum et servorum frequentia, senes feminaeque per tenebras diversa urbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, et ut cuique humillimus cliens, incertas latebras petivere.

wieczorny, w którym *castra* były *quieta*, podejrzenie spotęgowało się w *tumultus*. 3-o *Inter temulentos:* po wieczerzy część była pijana; odnoszę do *cupidinem sui movere*. O inwersyach *s. v. si... relinquerentur* c. 65.

Fremit... cupidum. 1-o *Et* (*tribunos*): odpowiada następnemu *et* (*obsequia*). 2-o (*Tribunos*) *et:* odpowiada następnemu *centuriones*(*que*). Tak w rękopisach; niepotrzebnie wyrzucane (*s. v. si... relinquerentur* c. 65). 3-o *Familiae:* niewolnicy. 4-o *Ignari:* nieprzytomni, bo *vino graves*.

Incertas: niewiadome; *Dig. L.* 16 *l.* 39 § 3: *incertus possessor est quem ignoramus;* tak cc. 29, 63, II 41, III 84, IV 6 49, 86.

LXXXII. Militum impetus ne foribus quidem Palati coercitus, quo minus convivium inrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes, vulnerato Iulio Martiale tribuno et Vitellio Saturnino praefecto legionis, dum ruentibus obsistunt. undique arma et minae modo in centuriones tribunosque modo in senatum universum, lymphatis caeco pavore animis, et, quia neminem unum destinare irae poterant, licentiam in omnes poscentibus, donec Otho, contra decus imperii, toro insistens, precibus et lacrimis aegre cohibuit, redieruntque in castra inviti neque innocentes. postera die, velut capta urbe, clausae domus, rarus per vias populus, maesta plebs; deiecti in terram militum vultus ac plus tristitiae quam paenitentiae. manipulatim adlocuti sunt Licinius et Proculus et Plotius Firmus praefecti, ex suo quisque ingenio, mitius aut horridius. finis sermonis in eo, ut quina milia nummum singulis militibus numerarentur. tum Otho ingredi castra ausus: atque illum tribuni centurionesque circumsistunt, abiectis militiae insignibus otium et salutem flagitantes. sensit invidiam miles, et, compositus in obsequium, auctores seditionis ad supplicium ultro postulabat.

LXXXIII. Otho, quamquam turbidis rebus et diversis militum animis, cum optimus quisque remedium praesentis licentiae posceret, vulgus et plures, seditionibus et ambitioso imperio laeti, per turbas et raptus facilius ad

Licinius et: niepotrzebnie zamieniane na *et Licinius.*

Otho... disseruit. 1-o *Vulgus:* prości żołnierze. 2-o *Et: explicativum.* 3-o *Gravitate: i. e. severitate, multa auctoritate;* tak *Cic. Att.* IX 9 *cum gravitate* w przeciwieństwie do *indulgenter;* tak *gravis* w III 3, 43, IV 28.

Imus ad bellum: tak *Verg. Aen.* XI 389*: imus in adversos.* Czy twierdzenie? czy pytanie? pobudka „*age eamus*" (jak Heine tłomaczy powyższe słowa Vergiliusa)? przypuszczenie „a jeśli pójdziem na wojnę"? rzecz wątpliwa.

civile bellum inpellerentur, simul reputans non posse principatum scelere quaesitum subita modestia et prisca gravitate retineri, sed discrimine urbis et periculo senatus anxius, postremo ita disseruit: „Neque ut adfectus vestros in amorem mei accenderem, commilitones, neque ut animum ad virtutem cohortarer, utraque enim egregie supersunt, sed veni postulaturus a vobis temperamentum vestrae fortitudinis et erga me modum caritatis. tumultus proximi initium non cupiditate vel odio, quae multos exercitus in discordiam egere, ac ne detrectatione quidem aut formidine periculorum, nimia pietas vestra acrius quam consideratius excitavit; nam saepe honestas rerum causas, ni iudicium adhibeas, perniciosi exitus consecuntur. imus ad bellum. num omnes nuntios palam audiri, omnia consilia cunctis praesentibus tractari ratio rerum aut occasionum velocitas patitur? tam nescire quaedam milites quam scire oportet: ita se ducum auctoritas, sic rigor disciplinae habet, ut multa etiam centuriones tribunosque tantum iuber expediat. sicubi iubeantur, quaerere singulis liceat, pereunte obsequio etiam imperium intercidit. an et illic nocte intempesta rapientur arma? unus alterve perditus ac temulentus, neque enim plures consternatione proxima insanisse crediderim, centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet, imperatoris sui tentorium inrumpet?

Multa... juberi: Caes. b. g. III 6: *quod jussi sunt.*

Sicubi: jeśliby gdziekolwiek (nietylko na wojnie); tak *Agr.* 37, *Ann.* II 25. W rękopisach *sic* od *ubi* oddzielne; jeśli złączymy, zmiany *si ubi, si cur* stają się zbyteczne.

Intercidit: tak w rękopisach; może być *praesens; perfectum* dosadniejsze.

Illic: scil. bello.

Consternatione: i. e. tumultu, confusione; tak II 49, IV 50; *Liv.* XXXIV 2: *consternatio muliebris... si feminas ad concitandas tribunicias seditiones jam adduxistis;* odpowiednio *consternari* w III 17, 79.

LXXXIV. Vos quidem istud pro me: sed in discursu ac tenebris et rerum omnium confusione patefieri occasio etiam adversus me potest. si Vitellio et satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes inprecentur, quid aliud quam seditionem et discordiam optabunt? ne miles centurioni, nec centurio tribuno obsequatur, hinc confusi pedites equitesque in exitium ruamus? parendo potius, commilitones, quam imperia ducum sciscitando res militares continentur, et fortissimus in ipso discrimine exercitus est, qui ante discrimen quietissimus. vobis arma et animus sit: mihi consilium et virtutis vestrae regimen relinquite. paucorum culpa fuit, duorum poena erit: ceteri abolete memoriam foedissimae noctis; nec illas adversus senatum voces ullus usquam exercitus audiat; caput imperii et decora omnium provinciarum ad poenam vocare, non hercule! illi, quos cum maxime Vitellius in nos ciet, Germani! audiant: ulline Italiae alumni et Romana vere iuventus ad sanguinem et caedem depoposcerint ordinem, cuius splendore et gloria sordes et obscuritatem Vitellianarum partium perstringimus? nationes aliquas occupavit

Nec... ruamus. 1-o *Nec*: niepotrzebnie zamieniane na *ne*; tak poniżej *nec illas*, III 60; *Liv.* II 32: *conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum.* 2-o *Ruamus: scil. ut;* tak III 5 *celeraret*, IV 20 *experiretur*, 52 *praestaret.*

Nec... audiant. 1-o *Illas... voces: scil de illis... vocibus;* tak I 76 *auditus.* 2-o *Caput... vocare:* nawiasowy okrzyk zgrozy. Tem *caput... provinciarum* był senat. 3-o *Germani*: okrzyk oburzenia; bliższe określenie wyrazu *illi.* 4-o *Audiant: scil. illas voces; anaphora* poprzedniego *audiat;* tak w rękopisach; niepotrzebnie zamieniane na *audeant.*

Ulline... perstringimus. 1-o *Ulline... juventus:* dopiero w II 94 pretoryanie zaczną się rekrutować poza Italią. 2-o *Perstringimus:* niektórzy czytają *praestringimus;* rzecz obojętna. Pierwotnie znaczy „sciągać"; a ponieważ światło zmusza do ściągania powiek, przeto znaczy „światłem przerażać, oślepiać".

Vitellius, imaginem quandam exercitus habet, senatus nobiscum est. sic fit, ut hinc res publica, inde hostes rei publicae constiterint. quid vos? pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis? muta ista et inania intercidere ac reparari promisca sunt: aeternitas rerum et pax gentium et mea cum vestra salus incolumitate senatus firmatur. hunc auspicato a parente et conditore urbis nostrae institutum, et a regibus usque ad principes continuum et inmortalem, sic a maioribus accepimus, sic posteris tradamus: nam ut ex vobis senatores, ita ex senatoribus principes nascuntur".

LXXXV. Et oratio ad perstringendos mulcendosque militum animos et severitatis modus, neque enim in plures quam in duos animadverti iusserat, grate accepta, conpositique ad praesens, qui coerceri non poterant. non tamen quies urbis redierat: strepitus telorum et facies belli erat, militibus ut nihil in commune turbantibus ita sparsis per do-

Constiterint: stanęły do boju; tak IV 18, 23, 78.

Congestu... stare. 1-o *Congestu lapidum: i. e. congestis lapidibus.* 2-o *Stare: i. e. constare.*

Muta... sunt. 1-o *Inania:* tak w rękopisach. 2-o *Promisca: scil. res promiscae*, rzeczy powszednie, pospolite; tak *Ann.* III 70, XI 25, *G.* 5; odnosi się do *intercidere* i *reparari.*

Rerum: scil. romanarum.

Hunc... tradamus. 1-o *Usque:* nie odnosi się do *ad principes*, jakoby „do książąt, nie dalej", gdyż senat potąd jest *continuus;* odnosi się więc do *a regibus;* tak do początku w przeszłości w *Ann.* XIII 47: *Tiberio abusque; Cic. div. I* 1: *usque ab heroicis ducta temporibus.* 2-o *Sic(a): scil. auspicato... immortalem*; tak w rękopisach; niepotrzebnie zamieniane na *sicut.*

Urbis: tak w rękopisach.

Strepitus... domos. Odnosi się do pretoryanów. Ten jest pierwszy objaw spostrzeżenia, że *non... redierant.* Drugim będzie, że *occulto... credebant;* oba dotyczą wnętrzy domów, a są streszczone poniżej przez *plena... formidine.* Trzecim, ale na tle życia publicznego, będzie *plurimum... viderentur.* Zakończeniem obrazu niepokojów, względnie do senatu, będzie *coacto... obstrepentes.*

mos. occulto habitu et maligna cura in omnes, quos nobilitas aut opes aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat, Vitellianos quoque milites venisse in urbem ad stu-

Occulto... credebant. 1-o *Occulto habitu.* Powszechnie rozumiane „w przebraniu, z ukrytą bronią", i wiązane w jedno zdanie z *strepitus... domos*, więc odnoszone do pretoryan. Mylnie: bo A., *occulere habitum* nie może znaczyć „przebrać się"; B., przypuściwszy, że przebierali się pretoryanie, i, co przez *occulto habitu* wyrażonem byćby mogło, skrywali (pod ubraniem) broń, zbroję, to ukrytą bronią, zbroją, nie mogliby sprawiać *strepitum telorum* i *faciem belli;* C., chociażby (jak niżej *sub* 3-o) przyjąć *occulto habitu* w właściwem znaczeniu skrytego zachowywania się, to również ono *strepitum telorum* i *faciem belli* powodować niemogło. Ztąd wnioski a., ujemne, że *occulto habitu* nie wiąże się z *strepitus... domos*, i nie odnosi się do pretoryan, wyrażonych (wyżej) przez *militibus*, b., dodatnie, że musi się wiązać z *et... credebant*, i odnosić do Vitellian, wyrażonych poniżej przez *Vitellianos*. 2-o *Vitellianos... milites:* szpiedzy wysłani przez Vitelliusa do Rzymu; o nich c. 75: *insidiatores* (...) *a Vitellio in urbem missi*, i *Vitellianis... fallentibus* (jakowem nb. *Vitellianis... fallentibus* tłomaczy się, dla czego *plerique*, mieszkańcy Rzymu, nie wiedzieli, ale tylko *credebant*, mniemali *Vitellianos... urbem*). *Occulto habitu* i *maligna... objecerat* właśnie malują rolę, jaką owi *insidiatores* odgrywali w Rzymie. 3-o Poznaliśmy *sub* 1-o, jak *occulto habitu* nie należy rozumieć, do czego się nie odnosi, i, że się odnosi do *Vitellianos*, zaś *sub* 2-o, kogo *Vitellianos* oznacza; teraz więc możemy określić, co *occulto habitu* znaczy. Owóż *occulto* oznacza skrytość, i może być wzięte albo za *participium sensu reflexivo*, albo za *adjectivum*, jak II 38: *Pompejus occultior non melior. Habitu* oznacza sprawowanie, zachowywanie się, jak w cc. 14, 17, 30, II 52. *Occulto habitu* jest *abl. qualitatis*, jak w *Ann.* VI 20, XIV 22. 4-o *Cura: scil. studium rerum cognoscendarum* (Greef *lex. tac.* str. 254-a), ciekawość; tak *Agr.* 10, *Dial* 16; poniżej określone przez *ad... noscenda.* Żołnierze Vitellijscy, szpiedzy, nie znali obywatelstwa rzymskiego; więc nadsłuchiwali pogłoskom (*rumoribus*), by się dowiedzieć, u kogo była *nobilitas... claritudo*, i takich dopiero szpiegowali złośliwą ciekawością. 5-o *Ad... noscenda:* by rozeznać, kto stronnictwu Othonowemu, kto Vitellijskiemu sprzyja.

dia partium noscenda plerique credebant; unde plena omnia suspicionum et vix secreta domuum sine formidine: sed plurimum trepidationis in publico, ut quemque nuntium fama adtulisset, animum vultumque conversis, ne diffidere dubiis ac parum gaudere prosperis viderentur. coacto vero in curiam senatu arduum rerum omnium modus, ne contumax silentium, ne suspecta libertas; et privato Othoni nuper atque eadem dicenti nota adulatio. igitur versare sententias et huc atque illuc torquere, hostem et parricidam Vitellium vocantes, providentissimus quisque vulgaribus conviciis, quidam vera probra iacere, in clamore tamen, et ubi plurimae voces, aut tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes.

LXXXVI. Prodigia insuper terrebant diversis auctoribus vulgata, in vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria institerat, erupisse cella Iunonis maiorem humana speciem, statuam divi Iulii in insula Tiberini amnis sereno et inmoto die ab occidente in orientem conversam,

Secreta domuum: takiem jest wszystko wnętrze domu; odpowiednio jak III 27 *pondera saxorum, Ann.* I 17 *uligines paludum.*

Sed... viderentur. 1-o *Conversis: s. v. intestatis* II 62. 2-o *Dubiis: scil. rebus Othonis; abl. temporis;* tak poniżej i w III 64, IV 2 *prosperis.*

Coacto... modus. 1-o *Coacto*: oznacza trud, z jakim zdołano zebrać senat, po scenach opisanych w cc. 80—84, i wobec niepewności, w której, wedle c. 85 do *viderentur*, wyższe stany, zatem i senat, się znajdują. 2-o *Vero:* początkuje wyższy stopień, tu obaw, często ważności, grozy i t. p.; tak cc. 2, 35, II 29, III 21, IV 4, 29, 46. 3-o *Arduum: scil. res ardua:* tak w rękopisach.

Parricidam... conviciis. 1-o *Parricidam:* morderca; *Curt.* V 9: *parricidam esse regis, patriae, exercitus.* 2-o *Vulgaribus:* powszednie, zwyczajne; w znaczeniu niekoniecznie nagannem; tak III 9, *Plin. ep.* III 20: *quousque illa vulgaria? Eho quid agis? Ecquid commode vales?*

Tiberini: i. e. Tiberis; Serv. ad Verg. Aen. VIII 31: *in sacris Tiberinus... vocatur.*

prolocutum in Etruria bovem, insolitos animalium partus, et plura alia, rudibus saeculis etiam in pace observata, quae nunc tantum in metu audiuntur. sed praecipuus et cum praesenti exitio etiam futuri pavor subita inundatione Tiberis, qui, inmenso auctu, prorupto ponte sublicio ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia et plana urbis loca, sed secura eius modi casuum implevit. rapti e publico plerique, plures in tabernis et cubilibus intercepti; fames in vulgus inopia quaestus et penuria alimentorum, corrupta stagnantibus aquis insularum fundamenta, dein remeante flumine dilapsa. ut qui primum vacuus a periculo animus fuit, id ipsum, quod paranti expeditionem Othoni, campus Martius et via Flaminia, iter belli esset obstructum, a fortuitis vel naturalibus causis in prodigium et omen inminentium cladium vertebatur.

LXXXVII. Otho lustrata urbe et expensis bello

Sed... implevit. 1-o *Prorupto:* tak w rękopisach; *Stat. Theb.* XI 639: *venas prorupit aniles vulnus.* 2-o *Iacentia: i. e. plana*; o nich *Ov. fasti* II 392: *quaque jacent valles, maxime circe, tuae.*

Ut... vertebatur. 1-o *Ut qui:* niepotrzebnie zamieniane na *utque; ut* się wiąże z *primum*, zaś *qui* z *animus.* 2-o *Campus... Flaminia:* bliższe określenie wyrazu *iter.* 3-o *Vertebatur: scil. ab illo animo.*

Otho... militiae. 1-o *Lustrata:* oczyszczona ofiarami po złych wróżbach. 2-o *Bello:* tak w rękopisach (*s. v. bello* II 86). 3-o *Ceteri*: *scil. terrestres.* 4-o *Narbonensem Galliam:* dalszy ciąg tej wyprawy w II 11—15; tu opis jej sięga do *immutatus;* jest inszą niż opisana poniżej przez *peditum... anteibat*, niniejsza morską, tamta lądową (II 11: *ad... ripas*). Że od *peditum* zacznie się opis inszej, lądowej, wypływa z II 11 i 23, gdzie w opisie wyprawy lądowej wzmiankowani są cisami dowódzcy, którzy (poniżej) wyjdą na czele *peditum equitumque.* 5-o *Classe valida:* była taką, ale bez względu na *quod... composuerat*, gdyż owi *reliqui caesorum* w II 11, jako *legio prima*, pójdą lądem do północnej Italii. 6-o *Partibus fida:* wierzytelna; tej wierzytelności dwa powody: pierwszy *quod... conposuerat*, a tą łaską, wyświadczoną przeznaczonym na wy-

consiliis, quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur, Narbonensem Galliam adgredi statuit, classe valida et partibus fida, quod reliquos caesorum ad pontem Mulvium et saevitia Galbae in custodiam habitos in numeros legionis conposuerat; facta et ceteris spes honoratioris in posterum militiae. addidit classi urbanas cohortes et plerosque e praetorianis viris, ut robur exercitus atque ipsis ducibus consilium et custodes. summa expeditionis Antonio Novello, Suedio Clementi primipilaribus, Aemilio Pacensi, cui ademptum a Galba tribunatum reddiderat, permissa. curam navium Moschus libertus retinebat ad observandam honestiorum fidem, immutatus. peditum equitumque copiis Suetonius Paulinus, Marius Celsus, Annius Gallus rectores destinati; sed plurima fides Licinio Proculo praetorii praefecto. is, urbanae militiae impiger, bellorum insolens, auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem

prawę lądową, wzbudził u przeznaczonych na wyprawę morską zaufanie, że jej dotrzyma obietnicy, wyrażonej przez *facta... militiae;* ale właściwym powodem była obietnica wyrażona przez *facta... militiae*, gdyż daną była *ceteris*, to jest imże samym na wyprawę morską przeznaczonym. 7-o *Reliquos caesorum: s. v. solusque... principum* 1-o c. 50. 8-o *In custodiam:* tak w rękopisach; *Liv.* XXII 25: *in custodiam habitum.* 9-o *Numeros... composuerat:* Otho im przywrócił charakter legionowy, i napowrót stworzył ową *legio classica*, o której c. 6: *quam... conscripserat.* O takich *numeri legionis Gell.* XVI 4: *in legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.*

Viris ut: niepotrzebnie zamieniane na *viris et* albo *vires et.*

Ad... immutatus. 1-o *Ad... fidem*: odnosi się do *retinebat.* 2-o *Honestiorum*: wyższych urodzeniem, stanowiskiem; tak *Agr.* 12: *honestior auriga.* 3-o *Immutatus:* tak w rękopisach; zmieniane na *imitatus, invitatus, impositus, comitatus;* bez związku z *ad... fidem*, stanowi uwagę oderwaną, bliższe określenie wyrazu *retinebat*, w przeciwieństwie do *cui... reddiderat.*

Peditum... copiis: pójdą lądem do północnej Italii.

Galli, ut cuique erat, criminando, quod facillimum factu est, pravus et callidus bonos et modestos anteibat.

LXXXVIII. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque arta custodia neque obscura, nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae monstratus. multos e magistratibus, magnam consularium partem Otho non participes aut ministros bello, sed comitum specie secum expedire iubet, in quis et Lucium Vitellium eodem quo ceteros cultu, nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis. igitur motae urbis curae, nullus ordo metu aut periculo vacuus, primores senatus aetate invalidi et longa pace desides, segnis et oblita bellorum nobilitas, ignarus militiae eques, quanto magis occultare et abdere pavorem nitebantur, manifestius pavidi: nec deerant e contrario, qui ambitione stolida conspicua arma, insignes equos, quidam luxuriosos apparatus conviviorum e irritamenta libidinum ut instrumentum belli mercarentur. sapientibus quietis et rei publicae cura; levissimus quisque et futuri improvidus spe vana tumens; multis adflicta fides; in pace ac si, turbatis rebus alacres et per incerta tutissimi.

LXXXIX. Sed vulgus et, magnitudine nimia, communium curarum expers, populus sentire paulatim belli mala, conversa in militum usum omni pecunia, intentis alimentorum pretiis, quae motu Vindicis haud perinde plebem attriverant, secura tum urbe a provinciali bello, quod inter legiones Galliasque velut externum fuit. nam ex quo

Multis... fides: tak w rękopisach; zdanie odrębne.

Ac si: s. v. si... relinquerentur c. 65; zamieniane na *anxii, lapsi,* albo *si* wyrzucane.

Communium: powszednie; *Cic. fam.* III 1: *usus vulgaris et communis.*

A: pod względem; tak w rękopisach; tak II 62: *a labore ac virtute; Cic. Att.* VII 15: *sumus... imparati cum a militibus tum a pecunia.*

Nam: z konieczności początkuje uzasadnienie tego co poprzedza, tem co następuje. Owóż,

divus Augustus res Caesarum composuit, procul et in unius sollicitudinem aut decus populus Romanus bellaverat, sub Tiberio et Gaio tantum pacis adversa ad rem publicam pertinuere, Scriboniani contra Claudium incepta simul audita et coercita, Nero nuntiis magis et rumoribus quam armis depulsus: tum legiones classesque et, quod raro alias, praetorianus urbanusque miles in aciem deducti, Oriens Occidensque, et quidquid utrimque virium est a tergo, si ducibus aliis bellatum foret, longo bello materia. fuere qui

jakbyśmykolwiek daleko sięgnę i, to co następuje nieuzasadnia wyrazów poprzednich *quae... fuit*. Owszem przez *nam* zapo zątkowane jest uzasadnienie zdania *vulgus... pretiis*, które wyraża uciążliwe skutki wojny już rozpoczętej. Zdanie *ex... depulsus* także znów nieuzasadnia nieszczęśliwych skutków rozpoczętej wojny, gdyż owszem odnosi się do czasów poprzednich, pokojowych. Z tego wyniki: 1-o Do *nam* odnosi się właściwie dopiero *tum... materia*, jako wyłuszczenie nieszczęsnych skutków rozpoczętej wojny. 2-o Z związku logicznego wypływa też gramatyczny, iż od *nam* do *materia* wszystko tworzy jedno zdanie. 3-o *Ex... depulsus* i *quae... fuit* są nawiasy, i uwydatniają antytezą niedole, spowodowane wojną obecną. Nb. Czy myśl, mająca być uzasadnioną przez *nam... materia* sięga wyżej ponad *vulgus... pretiis*, rzecz wątpliwa; przypuścić można, że obejmuje, w c. 88, *motae... pavidi* i *sapientibus... cura;* w żadnym razie nieobejmuje, w c. 88, ani *levissimus... tuttissimi*, ani *nec... mercarentur*, gdyż zdania te owszem wyrażają beztroskliwość części narodu.

Nam... coercita. 1-o *Res... composuit: scil. res ita composuit ut Caesarum fierent; prolepsis;* tak II 71 *vacuos... aperiret*, III 25 *precabatur ... manes*, 43 *apud..- increbruere*, IV 7 *boni... instrumentum*, V 19 *ruentem... effudit*. Tąż figurą jest II 19 *vallare castra* t. j. *vallando castra struere*, IV 22 *vallum... firmabant*, II 30 *munire castra* t. j. *muniendo struere;* tak w III 9, 26, IV 22 *vallum... firmabant*, 33 *media firmare* t. j. *firma componere*, III 9, IV 57 *pacta firmare* t. j. *firma pangere*, 83 *opes firmavit*, 28 *societatem firmare*, III 22 *mediam aciem* i *laevum cornu complere* t. j. *ita struere ut plena* (*resp. plenum*) *esset*. 2-o *Scriboniani... coercita:* II 75: *Scribonianum... interfectum*.

proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium adferrent: aspernatus est omnem cunctationem ut Neroni quoque exitiosam, et Caecina iam Alpes transgressus exstimulabat.

XC. Pridie idus Martias, commendata patribus re publica, reliquias Neronianarum sectionum, nondum in fiscum conversas, revocatis ab exilio concessit, iustissimum donum et in speciem magnificum, sed, festinata iam pridem exactione, usu sterile; mox vocata contione maiestatem urbis et consensum populi ac senatus pro se attollens, adversum Vitellianas partes modeste disseruit, inscitiam potius legionum quam audaciam increpans, nulla Vitellii mentione, sive ipsius ea moderatio, seu scriptor orationis, sibi metuens, contumeliis in Vitellium abstinuit, quando, ut in consiliis militiae Suetonio Paulino et Mario Celso, ita in rebus urbanis Galeri Trachali ingenio Othonem uti credebatur, et erant qui genus ipsum orandi noscerent, crebro fori usu celebre et ad implendas populi aures latum et sonans. clamor vocesque vulgi ex more adulandi nimiae et falsae; quasi dictatorem Caesarem aut imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisque certabant, nec metu aut amore, sed ex libidine servitii: ut in familiis, privata cuique stimulatio, et vile iam decus publicum. profectus Otho quietem urbis curasque imperii Salvio Titiano fratri permisit.

Ancilium: następne rękopiśmienne *scutum vel arma coelestia,* jako wtręt, powszechnie opuszczane.

Pridie... sterile. 1-o *Pridie... Martias:* ściąga się do całego c. 90. 2-o *Reliquiae... sectionum*: c. 20: *proxima... abstulisset.*

Ad... aures: Cic. orat. 29: *Demosthenes... non semper implet aures meas.*

LIBER II.

I. Struebat iam fortuna in diversa parte terrarum initia causasque imperio, quod... laetum rei publicae aut atrox, ipsis principibus prosperum vel exitio fuit. Titus Vespasianus, e Iudaea, incolumi adhuc Galba, missus a patre, causam profectionis officium erga principem et maturam petendis honoribus iuventam ferebat; sed vulgus fingendi avidum disperserat accitum in adoptionem. materia sermonibus senium et orbitas principis et intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos destinandi. augebat famam ipsius Titi ingenium quantaecumpque fortunae capax, decori cum quadam maiestate, prosperae Vaspasiani res, praesaga responsa, et, inclinatis ad credendum animis, loco ominum etiam fortuita. ubi Corinthi, Achaiae urbe, certos nuntios accepit de interitu Galbae, et aderant, qui arma Vitellii bellumque adfirmarent, anxius animo, paucis amicorum adhibitis, cuncta utrimque perlustrat: „si pergeret in urbem, nullam officii gratiam in alterius

Materia: względnie do *senium... principis* jest przedmiot, wątek (tak I 1, 6, 51, 89, II 30, IV 4), do *intemperantia* zaś powód, przyczyna (tak *Ann.* XII 22: *materiem sceleri*).

Decori: odnosi się do *majestate;* tak w rękopisach (*s. v. Caecina... sermone* 1-o I 53).

honorem suscepti, ac se Vitellio sive Othoni obsidem fore: sin rediret, offensam haud dubiam victoris, et incertam adhuc victoriam, et concedente in partes patre filium excusatum: sin Vespasianus rem publicam susciperet, obliviscendum offensarum de bello agitantibus".

11. His ac talibus inter spem et metumque iactatum spes vicit. fuerunt, qui accensum desiderio Berenices reginae vertisse iter crederent; neque abhorrebat a Berenice iuvenilis animus, sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum: laetam voluptatibus adulescentiam egit, suo quam patris imperio moderatior. igitur oram Achaiae et Asiae ac

Fortuita: domysł wydawców, zamiast rękopiśmiennego *fortuna.*

(*Spem*) *et:* tak w rękopisach (*s. v. si... relinquerentur* I 65).

Neque... animus. Suetonius (*Tit.* 7) miłość Titusa dla Bereniki zestawia z najobrzydliwszemi występkami; co się tem tłomaczy, że była Żydówką, a obyczaje Żydowskie (V 5) odznaczały się sprosnością.

Adulescentiam: ma teraz 29 lat.

Laeva maris: względem morza, jako przestrzeni absolutnie pojętej, każdy brzeg lądowy może być nazwany lewym albo prawym. Dopiero gdy względnie do pewnego stanowiska jakiejś osoby, albo, jak tu, do kierunku czyjejś podróży morskiej na brzeg się zapatrujemy, ten staje się lewym albo prawym. Tu więc należy rozumieć *mare* jako *iter maritimum*, żeglugę Tytusa z Koryntu do Cypru; tak *Agr.* 18: *mare exspectabant. Genitivus* „*maris*" ma tu tę właściwość, że nie oznacza jakoby całości, którejby *laeva* część stanowiły, gdyż *laeva* i *mare* stanowią przedmioty niewspółrzędne, a nawet się wykluczają; ale oznacza tylko stosunek wzajemny dwóch przedmiotów. Możnaby go nazwać *genitivus relationis.* Pod taki *genitivus* podchodzą I 13 *potentia principatus* i *aemulatione luxus*, 46 *vulgi largitione*, 50 *solusque... principum*, 87 *reliquos caesorum*, II 4 *inexperti belli labor*, 20 *modumque fortunae*, 59 *adpulsu litoris*, 70 *pugnae diem*, 77 *prosperarum... ordo*, 80 *multitudinis... caliginem.* 86 *iram... pugnae*, 92 *iura libertorum*, 98 *mare... etesiarum*, III 4 *rerum... cupido*, 10 *proditionis ira*, 41 *ruentis fortunae... libido*, 45 *rerum secundarum luxus*, 58 *superstitione nominis*, 76 *ministerium luxus*, IV 12 *ex-*

laeva maris praevectus, Rhodum et Cyprum insulas, inde Suriam audentioribus spatiis petebat: atque illum cupido incessit adeundi visendique templum Paphiae Veneris, inclutum per indigenas advenasque. haud fuerit longum initia religionis, templi situm, formam deae, neque enim alibi sic habetur, paucis disserere.

III. Conditorem templi regem Aëriam vetus memoria, quidam ipsius deae nomen id perhibent: fama recentior tradit, a Cinyra sacratum templum deamque ipsam conceptam mari huc adpulsam; sed scientiam artemque haruspicum accitam et Cilicen; Tamiram intulisse, atque ita pactum, ut familiae utriusque posteri caerimoniis praesiderent. mox, ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret, ipsa, quam intulerat, scientia hospites cessere: tantum Cinyrades sacerdos consulitur. hostiae ut quisque vovit, sed mares deliguntur: certissima fides hae-

trema... orae, 13 *studium partium*, 32 *Galliarum portio*, 34 *lapsu equi*, 72 *confinium Germaniae*, 83 *Aegypti opes*, 85 *solatium mortis*, V 2 *novissima Libyae*, 5 *coelestium*, 12 *extrema... orae*, 13 *quies praeliorum*, 16 *propiora fluminis*, 18 *extremo paludis*, 22 *stuprum Claudiae;* do najśmielszych należy *Ann.* IV 51 *partae victoriae spe.* Do tej kategoryi zaliczyć można związany z *sacramentum genitivus* osoby, na której imię przysięgę się składa. Właściwie tu podchodzą *genitivi* zależne od przymiotników, np. c. 6 *pecuniae* zależne od *opulentae* (*scil. provinciae*), 14 *loci vetus*, III 16 *fugae ultimus*, IV 44 *impatiens amoris.*

Audentioribus spatiis: odległości od lądu; odnosi się też do *Rhodum... insulas.*

Situm: tak w rękopisach; założenie; *Hor. od.* III 30, 2: *exegi monumentum aere perennius regalique situ piramidum altius.*

Memoria: scil. perhibet; podanie dziejowe.

Cinyra: król Cypru.

Et Cilicen: explicativum; tak w rękopisach.

Pactum: scil. Tamiram.

Mox... cessere. 1-o *Regium: scil. Cinyradarum.* 2-o *Intulerat: scil. peregrina stirps;* tak w rękopisach.

Ut... vovit: byki, barany i t. p.

dorum fibris. sanguinem arae obfundere vetitum: precibus et igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus quamquam in aperto madescunt. simulacrum deae, non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exsurgens: sed ratio in obscuro.

IV. Titus spectata opulentia donisque regum, quaeque alia laetum antiquitatibus Graecorum genus incertae vetustati adfingit, de navigatione primum consulit. postquam pandi viam et mare prosperum accepit, de se per ambages interrogat, caesis compluribus hostiis. Sostratus, sacerdoti id momen erat, ubi laeta et congruentia exta magnisque consultis adnuere deam videt, pauca in praesens et solita respondens, petito secreto futura aperit. Titus, aucto animo ad patrem pervectus, suspensis provinciarum et exercituum mentibus, ingens rerum fiducia, accessit.

Profligaverat bellum Iudaicum Vespasianus, obpugnatione Hierosolymorum reliqua, duro magis et arduo opere ob ingenium montis et pervicaciam superstitionis, quam quo satis virium obsessis ad tolerandas necessitates superes-

Puro: bez kadzideł.

Adolentur: i. e. coluntur; tak Servius tłomaczy *Verg. Aen.* I 704: *flammis adolere Penatis.*

Imbribus: deszcz i co do deszczu podobne, np. rosa.

Incertae: niejasne, zamierzchłe; tak I 26, *Verg. Aen.* III 23: *incertos caeca caligine soles.*

Sostratus... aperit. 1-o *Congruentia: s. v. forte... nuntiarentur* 1-o I 7. 2-o *Respondens:* przepowiadając; tak *responsum* w I 10, II 1, 78, IV 65, 82.

Provinciarum... exercituum: scil. Iudaeae et Suriae; wypływa z c. 6: *uterque exercitus*, które, wedle c. 5, tylko do Judajskich i Syryjskich wojsk odnosić się może.

Profligaverat... superesset. 1-o *Profligaverat: Florus* II 15: *si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* 2-o *Quam quo: Cic. fam.* X 3: *amore magis... quam quo te arbitrarer monitis... egere.* 3-o *Superesset: i. e. reliquum esset.*

set. tres, ut supra memoravimus, ipsi Vespasiano legiones erant, exercitae bello, quattuor Mucianus obtinebat in pace: sed aemulatio et proximi exercitus gloria depulerat segnitiam, quantumque illis roboris discrimina et labor, tantum his vigoris addiderat integra quies et inexperti belli labor. auxilia utrique cohortium alarumque et classes regesque ac nomen dispari fama celebre.

V. Vespasianus, acer militiae, anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio ac, si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans, prorsus, si avaritia abesset, antiquis ducibus par: Mucianum e contrario magnificentia et opes et cuncta privatum modum supergressa extollebant; aptior sermone, dispositu provisuque civilium rerum peritus: egregium principatus temperamentum, si, demptis utriusque vitiis, solae virtutes miscerentur. ceterum hic Suriae, ille Judaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus invidia discordes, exitu demum

Tres... labor. 1-o *Tres*: 5-a 10-a 15-a (I 10, V 1). 2-o *Supra:* I 10: *Suriam... Mucianus* i *bellum... amministrabat.* Ponieważ do *supra* odnosi się też *quattuor... pace*, więc *tres... pace* wiążę w jedno zdanie. 3-o *Quattuor:* 3-a (c. 74: *tertiam... transisset*), 4-a (że stoi jeszcze w Syryi, wnioskować można z tego, że, według *Ann.* XV 6, 7, 26, w r. 63-m stała tamże), 6-a (że stoi w Syryi, wnioskować się godzi z II 83), 12-a (V 1: *e Suria duodecumam*). 4-o *Inexperti belli labor:* tak w rękopisach; troska, że nie uczestniczyli w wojnie; figura retoryczna, zwana *oxymoron;* tak I 65 *discretis conexum*, II 8 *ad fallendum fides*, 42 *omissae pugnae ardore*, 45 *misera... laetitia*, 60 *fidem absolvit*, III 73 *umbra... monstratum*, V 3 *credentes praesentes*, 15 *comminus minus*, i *stabile occurrebat*, 17 *manus impediunt. Labor* w tem znaczeniu w *Verg. Aen.* IV 379. Dwukrotne, tak blisko, *labor* zadziwia; niektórzy niniejsze zamieniają; niepotrzebnie, ze względu na przykłady zebrane na str. 27 przedmowy do tłomaczenia Agrykoli i Roczników.

Aptior: ściślejszy, zwięźlejszy; *Cic. orat.* 70: *efficiatur aptum illud quod fuerat diffluens et solutum.*

Neronis positis odiis in medium consuluere, primum per amicos, dein, praecipua concordiae fides, Titus prava certamina communi utilitate aboleverat, natura atque arte compositus adliciendis etiam Muciani moribus. tribuni centurionesque et vulgus militum industria licentia, per virtutes per voluptates, ut cuique ingenium, adsciscebantur.

VI. Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, praecipitibus, ut adsolet, nuntiis et tarda mole civilis belli, quod, longa concordia quietus, Oriens tunc primum parabat. namque olim validissima inter se civium arma in Italia Galliave viribus Occidentis coepta, et Pompeio Cassio Bruto Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus

In medium: i. e. in commune; tak *Verg. Aen.* XI 335; tak III 19 *in medio.*

Antequam: chociaż z conjunctivem, oznacza fakt spełniony; tak I 7, IV 85.

Namque... Galbam. 1-o *Namque:* wiąże aż do *Galbam* wszystko w jedno zdanie. Początkuje usprawiedliwienie twierdzenia, że wtenczas poraz pierwszy wojnę domową Wschód przygotowywał, *parabat.* 2-o *In Italia Galliave: scil. Cisalpina;* w Italii *bellum Perusinum,* w Gallii *Mutinense.* 3-o *Quos... fuerat;* o tyle służy na usprawiedliwienie twierdzenia, że wojnę domową *Oriens... parabat,* o ile nacisk leży na *parabat,* gdyż Pompejusa *etc. trans mare* tylko *„secutum est“ civile bellum.* 4-o *Haud... fuerant:* dotycze tylko wyników *„exitus“,* bez związku z *parabat;* jest więc jeszcze luźniejszym dodatkiem do luźnie z *parabat* związanego *„secutun est“ civile bellum.* Układ ten, myślnie niezbyt logiczny, jest nim gramatycznie o tyle mniej, że *haud... fuerant* ma formę zdania głównego, do którego jest *quos... bellum,* choć wyraża myśl ważniejszą, przyczepione jako uboczne. 5-o *Auditique... inspecti:* z twierdzeniem (*belli quod...*) *parabat* stoi w związku jeszcze luźniejszym, takim tylko, że Vespasian, który wkrótce będzie obwołany cesarzem, znajduje się obecnie w Judaei. 6-o *Proximo... Galbam:* wraca do bezpośredniego związku z *namque. Proximum bellum* było *Vindicis.*

fuerant, auditique saepius in Suria Iudaeaque Caesares quam inspecti, nulla seditio legionum, tantum adversus Parthos minae, vario eventu, et proximo civili bello turbatis aliis inconcussa ibi pax, dein fides erga Galbam. mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire vulgatum est, ne penes ceteros imperii praemia, penes ipsos tantum servitii necessitas esset, fremere miles et vires suas circumspicere: septem legiones statim, et cum ingentibus auxiliis Suria Iudaeaque, inde continua Aegyptus duaeque legiones, hinc Cappadocia Pontusque, et quidquid castrorum Armeniis praetenditur, Asia et ceterae provinciae nec virorum inopes et pecuniae opulentae, quantum insularum mari cingitur, et parando interim bello secundum tutumque ipsum mare.

VII. Non fallebat duces impetus militum: sed, bellantibus aliis, placuit expectari:... victores victosque num-

Imperii: scil. dandi.

Septem... mare. 1-o *Auxiliis*: C. 4: *auxilia... alarumque.* 2-o *Inde: scil. a parte Judaeae.* 3-o *Continua:* łączna z Judaeą. 4-o *Legiones:* 3-a i 22-a (V 1). 5-o *Hinc: scil. a parte Suriae* (*s. v. hos... hebescunt* c. 77). 6-o *Cappadocia: scil. continua Suriae.* 7-o *Pontus: scil. continuus Cappadociae;* kraj. 8-o *Et... praetenditur.* A., *Armeniis: scil. minori et majori;* obie od Rzymu niezależne (*s. v. in... patescit* c.81); obozów rzymskich tam więc być nie może; *quidquid... praetenditur* są obozy wzdłuż obu Armenii, w obrębie rzymskich prowincyi, Cappadocyi i Pontu; jest epexegezą wyrazów *Cappadocia Pontusque*, a *et* jest *explicativum.* B., Według c. 81: *inermes... legionibus* Cappadocia była *inermis*, ale w tem znaczeniu, że niemiała legionów; niemniej wspomniane tu obozy mogły mieć obsadę wojsk podrzędnych. 9-o *Asia:* prowincya. 10-o *Provinciae: scil. Orientis.* 11-o *Pecuniae:* tak w rękopisach; *genitivus* zależny od *opulentae* (*s. v. opus... atrox* 2-o I 2).

Duces: wywody ich wyłuszczone w *victores... periturum.* W następstwie powiedziano *igitur... ceteri;* więc *duces* są Vespasianus, Mucianus i *ceteri.*

Victores... coalescere: scil. exercitus. Sprawdzi się, wedle c. 60 *tum... meditabantur*, 74 *omnis...*

quam solida fide coalescere, nec referre, Vitellium an Othonem superstitem fortuna faceret, rebus secundis etiam egregios duces insolescere, discordiam his, ignaviam luxuriae, et suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum. igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis, optimus quisque amore rei publicae. multos dulcedo praedarum stimulabat, alios ambiguae domi res; ita boni malique causis diversis, studio pari bellum omnes cupiebant.

VIII. Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritae, velut Nero adventaret, vario super exitu eius rumore eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque. ceterorum casus conatusque in contextu operis dicemus: tunc servus e Ponto sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharae et cantus peritus, unde illi super similitudinem oris propior ad fallendum fides, adiunctis desertoribus, quos inopia vagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur; ac vi tempestatum Cythnum insulam detrusus et militum quosdam ex Oriente commeantium adscivit, vel abnuentes interfici iussit, et, spoliatis negotiatoribus, mancipiorum valentissimum quemque armavit: centurionemque Sisennam, dextras, concordiae insignia, Suriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem, variis artibus adgressus est, donec Sisenna, clam relicta insula, trepidus et vim

inridebant. Skutkiem tego legie Othonowe, prócz 1-ej *adjutrix*, która będzie wysłana do Hiszpanii (c. 67), i 14-ej, która do Britannii (c. 67), po stronie Vespasiana wojnę toczyć będą.

Etiam... insolescere: więc tem łatwiej pokonać się dają. Względem zwycięskich Vitellian sprawdzi się w cc. 56, 62.

Luxuriae: tak w rękopisach.

Nuper: c. 5: *hic... aboleverat.*

Ceterorum: scil. falsorum Neronum.

Igitur... jubet. 1-o *Pulsam... alam*: c. 14: *Treverorum... clausi.* 2-o *Tungrosque*: odnosi się do c. 15: *atrox... cohortium.* 3-o *Et*: właściwe miejsce przed *a* (s. v. *si... relinquerentur* I 65). 4-o *Circumiri.* Gallia Narbońska nie była wyspą, a brzeg jej nad morzem ciągnął się łukowato, więc *circum* nie znaczy tu „wokoło“, ale „wewnątrz półkola, łuku“. Z takiemż znaczeniem ruchu łukowato — lub kolisto — wewnętrznego znajduję *circumspicere* i *circumspectare* w I 55, II 6, 29, 74, III 73, *circumagi* w III 73, owszem zewnętrznego *circumdare* w I 54, II 59, III 63, IV 11, 34, 45, *circumfundere*: w II 70, IV 33, V 18, *circumicere* w III 26, 43, IV 2, V 11, *circumluere* w IV 12. *Circum templa* w II 55 rozumiem „wokół świątynie“, każdą z osobna, w liczbie nieokreślonej. 5-o *Socios*: towarzyszów broni, t. j. hufy tam wysłane w c. 14.

Tot... victores: należeli do legii 14-ej (c. 27: *cohortes... digressas*), o której c. II: *addiderat... potissimos.*

Verteretur: *i. e. versaretur, esset; Liv.* VI 36: *in majore discrimine domi res vertebantur.*

nam Valens servili veste apud decurionem equitum tegebatur. tum Alfenus Varus, praefectus castrorum, deflagrante paulatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubae sono, quo miles ad belli munia cietur. igitur torpere cuncti, circumspectare inter se, attoniti et id ipsum, quod nemo regeret, paventes, silentio patientia, postremo precibuc ac lacrimis veniam quaerebant. ut vero deformis et flens et praeter spem incolumis Valens processit, gaudium miseratio favor: versi in laetitiam, ut est vulgus utroque inmodicum, laudantes gratantesque circumdatum aquilis signisque in tribunal ferunt. ille, utili moderatione, non supplicium cuiusquam poposcit, ac, ne dissimulans suspectior foret, paucos incusavit, gnarus civilibus bellis plus militibus quam ducibus licere.

XXX. Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio, tamquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent: nolle requiem, non expectare ducem, anteire signa, urguere signiferos, rapido agmine Caecinae iunguntur. inprospera Valentis fama apud exercitum Caecinae erat: expositos se tanto pauciores integris hostium viribus querebantur, simul in suam excusationem et adventantium robur per adulationem attollentes, ne ut victi et ignavi despectarentur; et quamquam plus virium, prope duplicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, studia tamen militum in Caecinam inclinabant super benignitatem animi, qua promptior habebatur, etiam vi-

Adversa.. pugna: cc. 25, 26.

Ducem: *cil. ducis jussum;* t k V 9: *nihil expectato Caesare.*

Duplicatus legionum (...) *numerus*: Valens miał pierwotnie 4 legie (1-ą *Germ.* 5-ą 15-ą 16-ą); przybytkiem 1-ej *Ital.* (I 59) liczba urosła do 5-u, gdy Caecina ma trzy (4-ą, 21-ą, 22-ą).

gore aetatis, proceritate corporis et quodam inani favore. hinc aemulatio ducibus: Caecina ut foedum ac maculosum, ille ut tumidum ac vanum inridebant. sed condito odio eandem utilitatem fovere, crebris epistulis sine respectu veniae probra Othoni obiectantes, cum duces partium Othonis, quamvis uberrima, conviciorum in Vitellium materia abstinerent.

XXXI. Sane, ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere, minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae libidines timebantur; addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae, contra illi initium belli nemo inputabat; Vitellius ventre et gula sibi inhonestus, Otho luxu saevitia audacia rei publicae exitiosior ducebatur.

Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent; Otho consultavit, trahi bellum an fortunam experiri placeret.

Tunc Suetonius Paulinus, dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere, festinationem hostibus, moram ipsis utilem disseruit:

XXXII. Exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo, quoniam Galliae tumeant et deserere Rheni ripam inrupturis tam infestis nationibus non conducat; Britannicum militem hoste et mari distineri; Hispanias armis non ita redundare; provinciam Narbonensem incursu classis et adverso proelio contre-

Epistulis: scil. ad duces Othonianos scriptis.

Terrorem: straszność, przymiot; tak c. 72 *metu*, IV 76 *terrore*, V 13 *metum*; odpowiednio następne *odium*, I 82 *invidiam*, II 62 *labore*.

Inhonestus: *i. e. turpis;* tak *Verg. Aen.* VI 497.

Consultavit: do c. 33 *reservaret* opis rady wojennej w Bedriacum.

Britannicum... toleraturos. 1-o

muisse; clausam Alpibus et nullo maris subsidio transpadanam Italiam atque ipso transitu exercitus vastam; non frumentum usquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse; iam Germanos, quod genus militum apud hostis atrocissimum sit, tracto in aestatem beulo, fluxis corporibus mutationem soli caelique haud tolelraturos: multa bella impetu valida per taedia et moras evanuisse: contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam Moesiam Delmatiam Orientem cum integris exercitibus, Italiam et caput rerum, urbem, senatumque et populum, numquam obscura nomina, etiam aliquando obumbrentur! publicas privatasque opes et inmensam pecuniam, inter civiles discordias ferro validiorem; corpora militum aut Italiae sueta aut aestibus; obiacere flumen Padum, tutas viris murisque urbes; e quibus nullam hosti cessuram Placentiae defensione exploratum: proinde duceret bellum: paucis diebus quartam decu-

Hispanias: stały tam legie 6-a i 10-a (III 44). 2-o *Armis*: *scil. armatis viris;* tak nader często. 3-o *Subsidio*: *scil. esse Vitellianis*; bo Otho ma flottę.

Etiam: *concessivum*: niepotrzebnie dodawane *si*.

Publicas... pecuniam: *scil. quae nobis sint.*

Aut... aestibus: wojska Othona albo z Italii (pretoryanie) albo z Illyryku, więc do klimatu gorącego, gdzie się wojna ma toczyć, przyzwyczajonego; germańskie legie były na gorąco niewytrzymałe (c. 93: *Germanorum... labefecit*, c. 94: *intemperiem... incusantes.*

Paucis... adfore. 1-o Na plac boju niezdąży; dowodem c. 66: *praecipua... adfuisse.* Nie sprzeciwia się temu twierdzeniu c. 43: *circumventi... quartadecumani*, gdyż ci oznaczają tylko wzmiankowanych w c. 66 *vexillarios*, i należą do (c. 11) *bina milia*, wyprzedzających legią 14-ą, spóźniającą się na wojnę (c. 11: *e... inerat*); nie przeciwi się też, owszem potwierdza je, c. 54: *superventu quartae decumae egionis* (...) *versam partium fortunam*, gdyż wiadomość tę autor właśnie zaznacza jako kłamstwo. *Paucis diebus* (*adfore*) jest jednak dowodem, że legia 14-a była już niedaleko placu boju. 2-o *Magnam... co-*

mam legionem, magnam ipsam famam Moesicis copiis, adfore: tum rursus deliberaturum et, si proelium placuisset, auctis viribus certaturos.

XXXIII. Accedebat sententiae Paulini Marius Celsus; idem placere Annio Gallo paucos ante dies lapsu equi adflicto missi, qui consilium eius sciscitarentur, rettulerant. Otho pronus ad decertandum; frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur, neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant. postquam pugnari placitum, interesse pugnae imperatorem an seponi melius foret, dubitavere. Paulino et Celso iam non adversantibus, ne principem obiectare periculis viderentur, idem illi, deterioris consilii auctores, perpulere, ut Brixellum concederet ac, dubiis proeliorum exemptus, summam rerum et imperiis se ipsum reservaret. is primus dies Othonianas partes adflixit; namque et cum

piis: tak w rękopisach; sens niejasny; zmiany wydawców nie lepsze.

Gallo: w Bedriacum; jeszcze w c. 44 (*militibus... flexerant*) tam będzie.

Auderet: powszechnie przyjęte zamiast rękopiśmiennego *audiret*; tak samo I 59 *audendo*.

Dubitavere: *i. e. dubitando consultavere;* tak cc. 37, 39, IV 56, 63.

Summam... reservaret. 1-o *Summam rerum*: najwyższy władzca; tak *Ov. am.* I 9, 37: *summa rerum, Atrides.* Jest więc „*et*" *explicativum*, a *se ipsum* synonym z *summam rerum.* 2-o *Imperiis*: naczelne rozkazy; tak I 84, II 19, III 8, 19, V 21. 3-o *Se ipsum*: tak c. 90 *se ipso*, III 51 *se ipsum*, IV 70 *se ipsas.* Właściwie powinnoby stać przed *imperiis*, równorzędnie z *summam rerum* (*s. v. si... relinquerentur* I 65); gdyby tak, toby wydawcy niezmieniali *summam* na *summae*, a *imperiis* na *imperii.*

Primus: *scil. praecipuus;* tak c. 64 *primum specimen*, V 3 *primo auxilio;* odpowiednio IV 4 *praecipuus... dies.*

ipso praetoriarum cohortium et speculatorum equitumque valida manus discessit, et remanentium fractus animus, quando suspectu duces, et, ut Otho, cui uni apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia ducum incerto reliquerat.

XXXIV. Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris ut in civili bello transfugiis: et exploratores cura diversa sciscitandi sua non occultabant. quieti intentique, Caecina ac Valens, quando hostis inprudentia rueret, quod loco sapientiae est, alienam stultitiam opperiebantur, inchoato ponte transitum Padi simulantes adversus obpositam gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne otium tereret. naves pari inter se spatio, validis utrimque trabibus conexae, adversum in flumen dirigebantur, iactis super ancoris, quae firmitatem pontis continerent: sed ancorarum funes, non extensi, fluvitabant, ut, augescente flumine inoffensus ordo navium attolleretur: claudebat pontem inposita turris et in extremam navem

Remanentium... reliquerat. 1-o *Suspectu: dativus,* zależny od *reliquerat;* odnosi się do c. 23: *suspectum... incesserant.* 2-o *Et* (*ut*): wiąże równorzędnie *suspectu duces* z *imperia... incerto.* 3-o *Ut Otho: scil. consueverat;* sposób wyrażania się i po łacinie i w naszej potocznej mowie powszedni. *Ut*, jako niezrozumiane, wydawcy opuszczają. 4-o *Dum... credit:* wiąże się z *cui... fides.* 5-o *Imperia:* zakresy władzy. 6-o *Incerto*: tak w rękopisach; niepotrzebnie dodawane *in.* Tak *relinquere* z dativem, powyżej *suspectu*, w I 68, Ann. II 26; skutki w c. 39: *honor... praetendebantur*, 40: *Titianus... transibant*: 7-o *Reliquerat: scil. Otho*, domyślne z *ut Otho.*

Quando... tereret. 1-o *Quando... rueret:* zależne od *intenti.* 2-o *Quod... est:* odnosi się do *alienam... opperiebantur.* 3-o *Alienam stultitiam:* stanie się w cc. 40—44. 4-o *Transitum*: z lewego brzegu na prawy; że powyżej Cremony, wnoszę z c. 40: *confluentes... inde.* 5-o *Obpositam*: gladiatorzy byli po prawej stronie Padu.

Navis... attollerentur. 1-o *Adversum... dirigebantur*: każda łódź z osobna przeciw prądowi, wszystkie razem w poprzek prądu.

educta, unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur. Othoniani in ripa turrim struxerant saxaque et faces iaculabantur.

XXXV. Et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando perlabebantur. ac forte plures transgressos completis liburnicis per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur: sed neque ea constantia gladiatoribus ad proelia, quae militibus, nec proinde nutantes, e navibus, quam stabili gradu e ripa, vulnera derigebant; et cum, variis trepidantium inclinationibus mixti, remiges propugnatoresque turbarentur, desilire in vada ultro Germani, retentare puppes,

2-o *Super: adverbium;* w dodatku do *validis... conexae.* 3-o *Extensi*: tak w rękopisach: prawidłowe.

Ripa: scil. dextra.

Et... perlabebantur. 1-o *Insula:* bój się odbywał przy wyspie. 2-o *Gladiatores:* z prawego brzegu. 3-o *Molientes: scil. magno conatu; Cic. nat. deo.* II 23: *deorum nec ea quae agunt molientium cum labore operoso ac molesto.* 4-o *Germani:* na lewym brzegu. 5-o *Perlabebantur: scil. ad insulam;* niektórzy piszą *praelabebantur.*

Transgressos... adgreditur. 1-o *Transgressos: scil. Germanos nando.* 2-o *Completis liburnicis: abl. absolutus;* odnosi się jako zdanie uboczne do *adgreditur.*

Sed... derigebant. 1-o *Constantia:* w przeciwieństwie do *nutantes.* 2-o *E navibus:* odnosi się do *vulnera derigebant.* 3-o *Quam... ripa: scil. Germani vulnera derigebant.* 4-o *Vulnera:* razy, ciosy; tak I 53, III 56, V 22; *Luc.* III 567: *longinqua cadunt jaculato vulnera ferro.*

Et... mergere. 1-o *Trepidantium: scil. gladiatorum, nempe constantia carentium.* 2-o *Inclinationibus:* gromadnem przechodzeniem to na jedną to na drugą stronę naw, z tym pierwszym skutkiem, iż nawy to na jedną to na drugą stronę się przechylały, dalszym, że się *remiges* z gladiatorami mieszali, ostatecznym, że w zamęt się wprawiali (*turbarentur*). 3-o *Propugnatores: scil. gladiatores.* 4-o *Ultro: scil. non solum non turbari sed etc.* 5-o *Comminus: i. e. manibus*; tak c. 22, V 15, *Verg. G.* I 104. 6-o *Mergere*: *scil. liburnicas;* jednak c. 36: *quae... supererant.*

scandere foros aut comminus mergere; quae cuncta, in oculis utriusque exercitus, quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctoremque cladis detestabantur.

XXXVI. Et proelium quidem, abruptis, quae superarant, navibus, fuga diremptum: Macer, exitium poscebatur, iamque, vulneratum eminus lancea, strictis gladiis invaserant, cum intercursu tribunorum centurionum-

Causam auctoremque: scil: Macrum.

Proelium... diremptum. 1-o *Abruptis: scil. a Germanis;* Germanie łodzie odrywali. Tak ma jeden z rękopisów. 2-o *Quae superarant:* które nie zostały przez Germanów *mersae.* 3-o *Fuga:* zwycięzkich Germanów; więc nie ucieczka, ale spieszny odpływ łodziami; tak *Verg. Aen.* IV 430: *exspectet facilemque fugam ventosque ferentis;* o szybkiej jezdzie konnej *id. ib.* I 317: *volucremque fuga praevertitur Eurum*; w przenośni *Hor. od.* III 30, 5: *annorum series et fuga temporum.* 4-o Tylko takiem rozumieniem wyrazów *abruptis... navibus* i *fuga* zrozumiałem się staje c. 43: *accessit... invecti*, gdzie niniejszy opis porażki gladiatorów, sprawionej przez Germanów, tam nazwanych Batavami, jest w streszczeniu powtórzony: *invecti* (*scil. Batavi*) bowiem w c. 43 każe dorozumiewać *navibus.* Tak wnioskuję. Batavskie (czyli Germańskie) były kohorty (c. 43: *obpositae cohortes*); kohorty były wojskiem pieszem; Germanie (*Batavi*) w c. 36 nie mają łodzi, bo „wpław, *nando*" *perlabebantur.* Więc, skoro tu o nich powiedziano „*invecti*" (*scil. sunt*), to uczynili to łodziami zabranemi (*abruptis... navibus*) gladiatorom.

Macer: z częścią gladiatorów pozostał na prawym brzegu Padu. Jako podmiot wiąże się z *cum... protegitur* w zdaniu ubocznem, zaś w zdaniu głównem *exitium* jest podmiotem czasownika *poscebatur.* Właściwie *cum*, początkując zdanie uboczne, powinnoby się wiązać z *exitium... invaserant*, a *Macer* z *intercursu... protegitur* stanowić zdanie główne. O tego rodzaju inwersji zdania głównego z ubocznem *s. v. his... accepta* 4-o I 66. Zamieszanie pogarsza się tu inwersyą słów, iż *Macer* stoi przed zamiast, jakby powinno, po *cum* (*s. v. si... relinquerentur* I 65). Takie rozumienie czyni zbytecznem *ad* przez wydawców wtrącane przed *exitium.*

que protegitur; nec multo post Vestricius Spurinna, iussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit. dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus Macer praefuerat, laeto milite et ad mutationem ducum et ducibus ob crebras seditiones tam infestam militiam aspernantibus.

XXXVII. Invenio apud quosdam auctores pavore belli seu fastidio utriusque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur, dubitasse exercitus, num, posito certamine, vel ipsi in medium consultarent, vel senatui permitterent legere imperatorem? atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse; praecipuas Paulini, quod, vetustissimus consiliarium et militia clarus, gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruisset. ego ut concesserim apud paucos tacito voto quietem pro discordia, bonum et innocentem principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitum, ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse

Spurinna... subvenit. 1-o *Praesidio*: miał (c. 18) w Placencyi *tris... equitibus;* teraz *cum cohortibus* (niewiadomo z iloma) *subvenit;* więc na *praesidium* została reszta. 2-o *Subvenit: scil. pulsis gladiatoribus.*

Flavium... aspernantibus. 1-o *Flavium*: inszy niż brat Vespasiana (I 46). 2-o *Copiis... praefuerat*: *scil. gladiatoribus.* 3-o *Et*: *s. v. si... relinquerentur* I 65. 4-o *Infestam: i. e. vexatam, periculosam.*

Invenio... meruisset. 1-o *Exercitus*: oba wojska. 2-o *In medium: i. e. in commune;* tak IV 67. 3-o *Consultarent*: *scil. de legendo imperatore.* 4-o *Eo:* z tego powodu; na tem nacisk. 5-o *Spatium*: *scil. temporis;* synonym następnego *moras*; tak I 32, II 25, III 58, 72, IV 65. 6-o *Praecipuas: scil. moras fuisse;* namowy do zwłoki. Niepotrzebnie zamieniane na *praecipua spe.* 7-o *Vetustissimus:* co do wieku; tak *Ann.* II 2, 43. 8-o *Consiliarium: scil. adhibitorum in consilium;* tak *Dig.* I 22, *l.* 5: *consiliari nullo modo concessum est.* Niepotrzebnie zamieniane na *consularium.*

corruptissimo saeculo tantam vulgi moderationem reor, ut, qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent, neque aut exercitus linguis moribusque dissonos in hunc consensum potuisse coalescere, aut legatos ac duces, magna ex parte luxus egestatis scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem passuros.

XXXVIII. Vetus ac iam pridem insita mortalibus potentiae cupido cum imperii magnitudine adolevit erupitque. nam rebus mod cis aequalitas facile habebatur: sed, ubi subacto orbe et aemulis urbibus regibusve excissis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter patres plebemque certamina exarsere. modo turbulenti tribuni, modo consules praevalidi, et in urbe ac foro temptamenta civilium bellorum; mox e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. post quos Cn. Pompeius, occultior non melior, et numquam postea nisi de principatu quaesitum. non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint: eadem illos deum ira, eadem hominum rabies, eaedem scelerum causae in discordiam egere. quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignavia principum factum est. sed

Iam pridem: od końca wieku złotego (*Ov. met.* I 89—112).

Rebus... habebatur. 1-o *Rebus*: *scil. romanis.* 2-o *Aequalitas*: *scil. civium inter se.* 3-o *Habebatur*: *scil. ferebatur; Sall. Cat.* 51: *multi eas (injurias) gravius aequo habuere.*

Opes: władza nad państwem.


Dominationem: rządy despotyczne; tak w c. 63, IV 8, 73.

De principatu quaesitum. 1-o *Principatu*: pierwszeństwo, pierwsze miejsce między obywatelami; tak I 50; *Nep. Cim.* 2: *Cimon celeriter ad principatum pervenit.* 2-o *Quaesitum*: *i. e. disceptatum;* tak III 8.

me veterum novorumque morum reputatio longius tulit: nunc ad rerum ordinem redeo.

XXXIX. Profecto Brixellum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum, Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur, tribuni centurionesque ambigui, quod spretis melioribus deterrimi valebant, miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari quam exsequi mallet. promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit, adeo im-

Celsus... praetendebatur. 1-o Gallus niewzmiankowany, bo chory (c. 33). 2-o *Alienae*: *scil. Titiani*, *Proculi*, *Othonis* (cc. 33, 40).



Promoveri... placuit. Dla zrozumienia przebiegu bitew Othoniańsko-Vitellijskich niezbędna jest zdać sobie sprawę z odległości przez autora wskazanych. Między Bedriacum, dotychczasowym obozem Othonian, a tym, który teraz założyć postanowiono (*promoveri... placuit*) 4 mile. Między nowym obozem Othonian a ujściem Aduy 16 mil; bo c. 40: *profecti* (od owego *quartus lapis a Bedriaco*)... *petebant.* Między ujściem Aduy a Cremoną (gdzie Vitellianie się znajdują) 4 mile; bo c. 40: *Celso... adgrederetur.* Wnioski: 1-y: ponieważ od obozu Othońskiego do ujścia Aduy jest 16 mil, od Cremony do ujścia Aduy 4 mile, więc od Cremony do obozu 12 mil; 2-i: wedle c. 24• między Cremoną a Castores jest 12 mil; więc obóz teraźniejszy Othonian (*ad quartum a Bedriaco*) znajduje się w Castores, tj. na placu boju, opisanego w cc. 24—26; 3-i: ponieważ między Cremoną a Castores jest 12 mil, a między Castores a Bedriacum 4 mile, zatem między Cremoną a Bedriacum 16 mil. Nb. a., Odległości są tu mierzone na trakcie (postumijskim); gdyż i w c. 24: *aggerem... obtinuere*, i w c. 46 bitwa się odbywa *in aggere viae.* b., Część wojska została w Bedriacum, bo c. 44: *magnam... remansisse.* c., Sprzeczne z ni-

perite, ut, quamquam verno tempore anni et tot circum amnibus, penuria aquae fatigarentur. ibi de proelio dubitatum, Othone per literas flagitante, ut maturarent, militibus, ut imperator pugnae adesset, poscentibus: plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant. nec proinde diiudicari potest, quod optimum factum fuerit, quam pessimum fuisse, quod factum est.

XL. Non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti confluentes Pad et Aduae fluminum, sedecim inde milium spatio distantes, petebant; Celso et Paulino abnuentibus

niejszym opisy inszych autorów spuszczam z uwagi.

Trans... agentes. 1-o *Trans:* po prawej stronie. 2-o *Agentes:* te, które z Othonem do Brixellum odeszły (c. 33), gladiatorzy (c. 34), tę, z któremi Spurinna przyszedł w pomoc gladiatorom, i które zostawił w Placencyi (c. 36).

Quod... fuerit: tak w rękopisach.

Non... petebant. 1-o *Non... bellandum:* nie z taborem i obłogami, narzędziami do sypania i dobywania wałów i t. p. 2-o *Profecti:* z Bedriacum do Castores (c. 39: *promoveri... placuit*). 3-o *Inde:* od Castores, gdzie się znajdują. Rzecz jednak sporna. Że się teraz w Castores, t. j. *ad quartum a Bedriaco*, znajdują, wypływa z wyrażonych w c. 39 tego pobytu, jako już zaszłych, skutków, mianowicie z *adeo... fatigarentur.* 4-o *Distantes:* odnosi się do *confluentes* na co także niewszyscy się zgadzają. 5-o *Petebant: scil. Titianus et Proculus.* Już w c. 39: *ibi... postulabant* rozpoczęty opis rady wojennej; niniejszy c. 40 mieści jego ciąg dalszy, potem wzmiankę o Othonowym rozkazie, który spowoduje wymarsz. Nieoznacza więc *petebant* marszu już rozpoczętego, ale jego zamiar; tak IV 19 *petivere.*

Celso... adgrederetur. 1-o *Itinere fessum:* z Bedriacum do Castores przebyli 4 mile; do *confluentes... fluminum* mieliby jeszcze 16. 2-o *Sarcinis... gravem:* wyszedł *non... bellandum.* 3-o *Ammissuro:* niedopuści się tego, by nieskorzystał ze sposobności. 4-o *Progressus:* Celsus i Paulinus nie mogli, nawet w przybliżeniu, dopieroż z taką dokładnością, wiedzieć, gdzie im Vitellianie drogę zajdą. Ztąd wniosek, że rozumieć *progressus* w kierunku do Castores, gdzie się Othonianie znajdują (a wszy-

militem itinere fessum, sarcinis gravem, obicere hosti non ammisuro, quo minus, expeditus et vix quattuor milia passuum progressus, aut incompositos in agmine aut dispersos et vallum molientes adgrederetur, Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperi transibant. aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpita ducum segnitia, rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei inpatiens.

XLI. Eodem die ad Caecinam, operi pontis intentus, duo praetoriarum cohortium tribuni, conloquium eius postulantes, venerant: audire conditiones ac reddere parabat, cum praecipites exploratores adesse hostem nuntiavere. interruptus tribunorum sermo, eoque incertum fuit, insidias an proditionem vel aliquod hone-

scy komentatorowie tak rozumieją) niemożna. Owszem, gdy *progressus* weźmiemy w kierunku do ujścia Aduy, to zgodzi się z mojem wyrachowaniem odległości, gdyż odległość od Cremony, gdzie się Vitellianie znajdują, do ujścia Aduy właśnie 4 mile wynosi. Zapoznanie tego rozumienia doprowadza uczonych (Heraeus *ad. h. l.*) do wniosku, że Tacyt się w opisie bitwy i w obrachowaniach pomylił. Plan Titianusa i Proculusa, nawet przy odpowiedniem rozumieniu *progressus*, był bardzo niebezpieczny, co też autor w c. 39: *pessimum... est*, przyznaje, a Celsus i Paulinus przewidzieli. Dwie oni alternatywy stawili, że Vitellianie Othonian albo *incompositos in agmine* albo *dispersos et vallum molientes* zaczepią. Druga się niesprawdzi, ponieważ do ujścia Aduy nie dojdą, pierwsza w zupełności.

Aderat... inpatiens. 1-o *Citus equo*: tak I 40: *rapidi equis.* 2-o *Aeger*: *i. e. sollicitus;* tak c. 86, III 58. 3-o *Spei*: *i. e. rei speratae*; *Ov. met.* XI 527: *spe potitur.*

Eodem... venerant. 1-o *Eodem die*: wiąże obrębem jednego dnia co się stało w c. 40 i co stanie do c. 44 *obiectantes*, i w c. 45 od *at* do *die.* 2-o *Operi intentus*: *scil. erat;* tak w rękopisach; nawias (c. 34).

Insidias... proditionem: pierwsze przeciw Vitellianom, drugie na ich korzyść.

stum consilium coeptaverint. Caecina dimissis tribunis revectus in castra, datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit. dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere: et, mirum dictu, a paucioribus Othonianis quo minus in vallum inpingerentur, Italicae legionis virtute deterriti sunt: et astrictis mucronibus redire pulsos et pugnam resumere coegit. disposita Vitellianarum legionum arte sine trepidatione, etenim, quamquam vicino hoste, adspectus armorum densis arbustis prohibebatur. apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula et lixae et, praeruptis utrimque fossis, via quieto quoque agmini angusta. circumsistere alii signa sua, quaerere alii, incertus undique clamor adcurrentium vocantium, ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant aut relabebantur.

Castra: *scil. Cremonensia;* tam się znajduje Valens ze swem wojskiem (c. 30: *Caecinae junguntur*).

Legiones: wszystkie Vitellijskie są w Cremonie.

A... coegit. 1-o *Paucioribus Othonianis*: III 2: *duae... alae.* 2-o *Vallum*: *scil. Cremonensium castrorum.* 3-o *Inpingerentur... sunt*: *scil. equites Vitelliani.* 4-o *Et astrictis*: tak w rękopisach; forma prawidłowa.

Disposita... trepidatione. 1-o *Disposita*: *scil. arma*, domyślne z następnego *armorum*, i z niem identyczne; są *viri armati;* tak I 50, 76, II 17, 32, 74, IV 20, 74 (*bis*), V 12; miejsc wątpliwych o wiele więcej. 2-o *Arte*: tak w rękopisach; niewłaściwie zamieniane na *acies*; według prawideł sztuki wojennej, w przeciwieństwie do *apud... relabebantur.* Skutkiem tej prawidłowej ustawy będzie, co powiedziano w c. 42: *incubuit... ordinibus.* Tak rozumiane *ars* w c. 11 powiedziano w przeciwieństwie do *impetus.*

Mixta... angusta. 1-o *Mixta... lixae*: *scil. militibus;* bo c. 40: *non... profecti.* 2-o *Quieto*: nawet gdyby było *quietum.*

Incertus: bezładny; *Ov. am.* I 11, 1: *colligere incertos et in ordine ponere crines docta.*

XLII. Attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit repertis, qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte, seu dolo seu forte, surrexerit, parum conpertum. omissae pugnae ardore Othoniani ultro salutavere, et, hostili murmure excepti, plerisque suorum, ignaris, quae causa salutandi, metum proditionis fecere. tum incubuit hostium acies integris ordinibus, robore et numero praestantior: Otho-

Attonitas... ementirentur. 1-o *Attonitas*: natchnione do boju; *Petr. sat.* 82: *attonito vultu efferatoque nihil aliud quam caedem et sanguinem cogito.* 2-o *Terrore*: panika bezpodstawna, która do szalonych, niby odważnych, czynów pobudza; tak I 63: *quamquam... terruit*, 82: *lymphatis... pavore.* 3-o *Mentes*: *scil. Othonianorum.* 4-o *Falsum*: zmyślony. 5-o *Gaudium*: wiadomość dająca powód do radości; podobnie III 21 *terror*, 36 *mixtus gaudio dolor.* 6-o *Languorem*: *i. e. torporem*; w przeciwieństwie do *attonitas... terrore.* 7-o *Repertis*: *reflexivum;* znaleźli się, byli.

Seu dolo seu forte: odnosi się tylko do *in... parte.*

Omissae... salutavere. 1-o *Omissae*: poniechanej nim rozpoczętej; tak I 2, 47, II 29, 83, 87, III 9, V 15. Tak w rękopisach; niewłaściwie zamieniane na *omisso*. *Omissa pugna* jest walka, która powinna, mogła, miała być stoczoną, a nie była. Z powodu jej niedojścia, staje się zapałem, z jakim Othonianie nieprzyjaciół witają. 2-o *Ultro*: nietylko nie wystąpili wrogo, ale owszem z zapałem powitali.

Tum... praestantior. 1-o *Robore*: bo Vitellianie *expediti... progressi* (c. 40), Othonianie *fessi* (c. 40: *militem... gravem*). 2-o *Numero*: Vitellianie mieli w boju wszystkie swoje, t. j. legii ośm, Othonianie a., niewątpliwych i całkowitych dwie, 1-ą *classica* i 13-ą (c. 43); b., z 14-ej tylko *vexillarios* (*s. v. paucis... adfore* 1-o c. 32); c., że Moesijskie, 3-a 7-a *Claud.* i 8-a, niebrały udziału w bitwie Bedriackiej, dowodem c. 44: *venire... legiones.* potwierdzeniem, względnie do 7-ej *Claud.* i 8-ej c. 85: *octava... interfuissent*, względnie do wszystkich trzech III 2: *quod (...) Moesici... attulerint*, co, po skończonej wojnie, oznacza, że wogóle wojska Moesij-

niani, quamquam dispersi pauciores fessi, proelium tamen acriter sumpsere, et per locos arboribus ac vineis inpeditos non una pugnae facies: comminus eminus, catervis et cuneis concurrebant. in aggere viae conlato gradu corporibus et umbonibus niti, omisso pilorum iactu gladiis et securibus galeas loricasque perrumpere: noscentes inter se, ceteris conspicui, in eventum totius belli certabant.

XLIII. Forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis, e parte

skie, nie wziąwszy udziału w wojnie, uszczerbu niedoznały; d., że 7-a *Galb.* brała udział w bitwie, wskazówką aa., c. 86, gdzie, jako *dolorem... retinentes*, równorzędnie jest zestawiona z 13-ą, która, wedle c. 43, w bitwie miała udział; bb., III 2: *Pannonicae... properent*, gdzie powiedziano, że Pannońskie (taką była 7-a *Galb.*), były *deceptae magis quam victae*, co alluzją jest właśnie do niniejszego c. 42; e., o 11-ej tyle wiemy, że po wojnie była odesłana do swych zimowisk, czy zdążywszy na plac boju? czy z półdrogi? niewiadomo. Nb. a., Że jednak z wojsk Moesijskich jedna *ala* doszła na plac boju, a same legie doszły do Aquilei, dowcdem c. 46: *praemissi... nuntiabant*, w związku z III 2: *duae... hostem*. b., Że 7-a *Galb.*, jako Pannońska, i 11-a, jako Delmacka, ze swych zimowisk wyruszyły na plac boju, wypływa z c. 11: *motis... exercitibus.*

Othoniani... facies. 1-o *Dispersi*: w antytezie do *integris ordinibus*. 2-o *Fessi*: od Castores do Cremony mieli 12 mil. 3-o *Per... inpeditos*: antyteza do *in aggere viae;* tam się bili niejako na ślepo, tu *noscentes inter se.*

Inter: *i. e. invicem*: tak III 17 i wielokroć; *Cic. Att.* VI 1: *pueri amant inter se.*

Forte... avida. 1-o *Forte*: walczący na gościńcu myśleli, że oni wojnę rozstrzygają; rozstrzygnęli ci, którzy na skrzydłach trafunkiem wzajem się natknęli. 2-o *Inter... viamque*: na lewem skrzydle Othonian. 3-o *Non... deducta*: bitwa ta niepierwsza, bo c. 24: *prima... incessit*; więc *aciem* oznacza wojnę, jak w I 51, 89. 4-o *Decoris*: ozdoba sztandaru; tak III 10.

Othonis prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida. primani stratis unaetvicensimanorum principiis aquilam abstulere; quo dolore accensa, legio et inpulit rursus primanos interfecto Orfidio Benigno legato et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit. a parte alia propulsa quintanorum impetu tertia decuma legio; circumventi plurium adcursu quartadecumani: et ducibus Othonis iam pridem profugis Caecina ac Valens subsidiis suos firmabant. accessit recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam obpositae cohortes in ipso flumine trucidaverant: ita victores latus hostium invecti.

XLIV. Et media acie perrupta, fugere passim Othoniani Bedriacum petentes. inmensum id spatium, obstructae strage corporum viae, quo plus caedis fuit; neque enim civilibus bellis capti in praedam vertuntur. Suetonius Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus castra vitavere. Vedium Aquilam, tertiae decumae legionis legatum, irae militum inconsultus pavor obtulit: multo adhuc die vallum ingressus clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur; non probris, non manibus abstinent; desertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine eius, sed more vulgi suum quisque flagitium aliis obiectantes. Titianum et Celsum nox iuvit,

Quo .. quartadecumani. 1-o *Legato*: *scil. legionis I-ae.* 2-o *Quartadecumani*: *scil. vexillarii* (*s. v. paucis... odfore* 1-o c. 32).

Accessit... trucidaverant: *s. v. praelium... diremptum* c. 36.

Neque... vertuntur: przyczyna iż *obstructae... viae.*

Diversis... vitavere. 1-o *Diversis*: *scil. a via* (*Postumia*), która do Bedriacum prowadziła; tak *Ann.* XIII 47. 2-o *Castra*: w Bedriacum; odpowiednio (poniżej) *vallum*, c. 45 *castrorum*. 3-o *Vitavere*: w przeciwieństwie do następnego *inconsultus*, powiedziano *de conatu*.

dispositis iam excubiis conpressisque militibus, quos Annius Gallus consilio precibus auctor tate flexerat, ne „super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent: sive finis bello venisset, seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum"; ceteris fractus animus, praetorianus miles non virtute se, sed proditione victum fremebat, „ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam pulso equite, rapta legionis aquila; superesse, cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit, venire Moesicas legiones, magnam exercitus partem Bedriaci remansisse: hos certe nondum victos, et, si ita ferret, honestius in acie perituros". his cogitationibus truces aut pavidi extrema desperatione ad iram saepius quam in formidinem stimulabantur.

Gallus: chory, do walki nie wyszedł (c. 33: *Gallo... adflicto*).

Proditione: c. 42: *metum... fecere.*

Ne... perituros. 1-o Dalszy ciąg mowy Gallusa. Jest więc *ceteris... fremebat* nawiasową uwagą o wrażeniu, jakie wyraz *victis* na słuchaczach robi. Widzimy i słyszymy, jak reszta w oniemieniu oczy spuszcza, pretoryanie Gallusowi w słowo wpadają i protestują; skutkiem czego Gallus łagodzi wyraz *victis* słowami *ne... victoriam.* 2-o *Pulso... equite*: c. 41: *redire pulsos.* 3-o *Legionis*: 21-ej (c. 43: *unaetvicensimorum... abstulere*). 4-o *Cum... Othone*: odnosi się do *fuerit* (*s. v. si... relinquerentur* I 65). 5-o *Militum*: są obecnie *trans Padum* (po prawym brzegu) względnie do Gallusa, stojącego w Bedriacum, na lewym brzegu Padu. Gallusowi właśnie chodzi o zaznaczenie teraźniejszego ich pobytu; myli się więc kto *fuerit* odnosi do przeszłości, w sensie, że żołnierze ci byli, ale już nie są za Padem. *Fuerit* znaczy tu *ierit, venerit*, a w skutkach trwa do obecnej chwili; *Cic. Att.* X 4: *fuit ad me sane diu; id. ib.* 16: *ad me bene mane Dionysius fuit.* 6-o *Venisse... legiones*: *s. v. paucis... adfore* c. 32. 7-o *Magnam... remansisse*: *i. e. superesse;* ci którzy uciekli do Bedriacum. 8-o *Si... ferret*: *scil. fors;* tak *Ann.* III 15. 9-o *Perituros*: obejmuje i mówiących pretoryan. Śmią mówić, że gotowi zginąć w bitwie, ponieważ (wyżej) twierdzą, że *non... victas.*

XLV. At Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit, non ausis ducibus eadem die obpugnationem castrorum; simul voluntaria deditio sperabatur: sed expeditis et tantum ad proelium egressis munimentum fuere arma et victoria. postera die haud ambigua Othoniani exercitus voluntate, et, qui ferociores fuerant, ad paenitentiam inclinantibus, missa legatio; nec apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. legati paulisper retenti: ea res haesitationem attulit ignaris adhuc, an impetrassent; mox remissa legatione patuit vallum. tum victi victoresque, in lacrimas effusi, sortem civilium armorum misera laetitia detestantes, isdem tentoriis alii fratrum, alii propinquorum vulnera fovebant: spes et praemia in ambiguo, certa funera et luctus, nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem maereret. requisitum Orfidii legati corpus honore solito crematur; paucos necessarii ipsorum sepelivere, ceterum vulgus super humum relictum.

XLVI. Opperiebatur Otho nuntium pugnae nequaquam trepidus et consilii certus. maesta primum fama: dein profugi e proelio perditas res patefaciunt. non expectavit militum ardor vocem imperatoris; bonum haberet animum, iubebant: superesse adhuc novas vires et ipsos extrema passuros ausurosque. neque erat adulatio: ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam et instinctu flagrabant. qui procul adstiterant, tendere ma-

At... castrorum. 1-o *Quintum... lapidem*: idąc od Cremony o jedną milę przed Castores. 2-o *Eadem... die*: w jednym dniu zaszło, co opisano od c. 40 *non ut* do powyższego *victoria*. 3-o *Castrorum:* w Bedriacum.

Patuit: od *patescere;* tak III 38, 41, 59 (*bis*), IV 16.

Superesse... vires: bo (poniżej) *praemissi... nuntiabant;* o 14-ej legii *s. v. paucis... adfore* 1-o c. 32.

nus et proximi prensare genua promptissimo Plotio Firmo. is praetorii praefectus identidem orabat, ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari adversa quam relinqui, fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei, timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. quas inter voces ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus: nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant, ut nemo dubitet potuisse renovari bellum atrox lugubre incertum victis et victoribus.

XLVII. Ipse, aversus a consiliis belli, „hunc" inquit „animum, hanc virtutem vestram ultra periculis obicere nimis grande vitae meae pretium puto: quanto plus spei ostenditis, si vivere placeret, tanto pulchrior mors erit: experti in vicem sumus ego ac fortuna. nec tempus conputaveritis: difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum: civile bellum a Vitellio coepit, et ut de principatu certaremus armis, initium illic fuit: ne plus quam semel certemus, penes me exemplum erit; hinc Othonem posteritas aestimet. fruetur Vitellius fratre coniuge liberis: mihi non ultione neque solaciis opus est: alii diutius imperium tenuerint, nemo tam fortiter reliquerit: an ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus sterni rursus et rei publicae eripi patiar? eat hic mecum animus, tamquam perituri pro me fueritis, sed este superstites: nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam: plura de extremis loqui pars ignaviae est: praecipuum destinationis meae documentum habete, quod de nemine que-

Legiones... dubitet. 1-o *Legiones*: 8-a 7-a *Claud.* (c. 85: *octava... progressae*). 2. *Ut... dubitet*: kiedy autor to pisze.

ror; nam incusare deos vel homines eius est, qui vivere velit".

XLVIII. Talia locutus, ut cuique aetas aut dignitas, comiter appellatos, irent propere neu remanendo iram victoris asperarent, iuvenes auctoritate, senes precibus movebat, placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrimas coercens. dari naves ac vehicula abeuntibus iubet, libellos epistulasque studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes abolet, pecunias distribuit parce nec ut periturus. mox Salvium Cocceianum, fratris filium, prima iuventa, trepidum et maerentem ultro solatus est laudando pietatem eius, castigando formidinem: an Vitellium tam inmitis animi fore, ut pro incolumi tota domo ne hanc quidem sibi gratiam redderet? mereri se festinato exitu clementiam victoris, non enim ultima desperatione, sed poscente proelium exercitu remisisse rei publicae novissimum casum; satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quaesitum; post Iulios Claudios Servios se primum in familiam novam imperium intulisse: proinde erecto animo capesseret vitam, neu patruum sibi Othonem fuisse aut oblivisceretur umquam aut nimium meminisset.

XLIX. Post quae dimotis omnibus paulum requievit: atque illum supremas iam curas animo volutantem repens tumultus avertit nuntiata consternatione ac licentia militum: namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant. increpitis seditionis auctoribus regressus, vacavit abeuntium adloquiis, donec omnes inviolati digrederentur. ve-

Naves: Brixellum nad Padem.
Remisisse... casum. 1-o *Remisisse*: zrzekł się; tak III 5. 2-o *Reipublicae*: *dativus commodi.* 3-o *Novissimum casum*: *i. e. ultimum discrimen;* tak *Ann.* XII 33.
Avertit: *scil. a supremis curis.*

sperascente die sitim haustu gelidae aquae sedavit: tum adlatis pugionibus, cum utrumque pertemptasset, alterum capiti subdidit: et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, utque adfirmatur, non insomnem egit: luce prima in ferrum pectore incubuit. ad gemitum morientis ingressi liberti servique et Plotius Firmus praetorii praefectus unum vulnus invenere. funus maturatum; ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum: tulere corpus praetoriae cohortes, cum laudibus et lacrimis vulnus manusque eius exosculantes: quidam militum iuxta rogum interfecere se, non noxa neque ob metum, sed aemulatione decoris et caritate principis. ac postea promisce Bedriaci Placentiae aliisque in castris celebratum id genus mortis. Othoni sepulcrum exstructum est modicum et mansurum. hunc vitae finem habuit septimo et tricensimo aetatis anno.

L. Origo illi e municipio Ferentino, pater consularis, avus praetorius, maternum genus inpar nec tamen indecorum, pueritia ac iuventa, qualem monstravimus. duobus facinorlbus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae quantum malae. ut conquirere fabulosa et fictis oblectare legentium animos procul gravitate coepti operis crediderim, ita vulgatis traditisque demere fidem non ausim. die, quo Bedriaci certabatur, avem invisitata specie apud Regium Lepidum celebri luco consedisse, incolae memorant, nec deinde coetu hominum aut circumvolitan-

Quidam... metum: ci pretoryanie, którzy w zabójstwie Galby nie brali udziału, nie poczuwają się do winy (*noxa*), więc nieobawiają się (*metum*) zemsty Vitelliusa, do jakiej alluzyą czyni I 40: *scelus... succesit;* owszem o zabójcach c. 23: *interfectores... vaecordes.*

Deinde... pulsamve. 1-o *Deinde*: *de loco;* tak I 51, 66. 2-o *Territam* oznacza strach, *pulsam* spłoszenie i odlot; tak *Agr.* 34.

tium alitum territam pulsamve, donec Otho se ipse interficeret; tum ablatam ex oculis: et tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu conpetisse.

LI. In funere eius novata luctu ac dolore militum seditio, nec erat qui coerceret. ad Verginium versi modo, ut reciperet imperium, nunc, ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant: Verginius per adversam domus partem furtim degressus inrumpentes frustratus est. earum, quae Brixelli egerant, cohortium preces Rubrius Gallus tulit, et venia statim inpetrata, concedentibus ad victorem per Flavium Sabinum iis copiis, quibus praefuerat.

LII. Posito ubique bello magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta. illuc adverso de proelio adlatum: sed milites, ut falsum, rumorem aspernantes, quod i -

Reputantibus: *abl. absolutus* bez podmiotu; co po polsku wyrazić można przez drugą osobę liczby pojedyńczej, albo trzecią mnogiej, albo pojedyńczej z dodatkiem „się", albo przez *perfectum resp. imperfectum* z końcówką „ano, ono", po francusku przez „on", po niemiecku „man"; tak III 8, IV 17 *reputantibus*, I 14 *interpretantibus*, I 27 *requirentibus*, I 35 *minantibus*, I 17, V 11 *intuentibus*, III 13 *reposcentibus*. Tak rozumiem analogicznie do przykładów cytowanych *s. v. intestatis* c. 62. Draeger (§ 50) uważa za *dativus absolutus*. Gdyby powyżej cytowane miały być *dativi*, tobym je raczej uważał za zależne tu od *competisset*, w I 14 od *habebatur*, 17 od *prodidisse*, 27 od *finxisset*, 35 od *intrepidus*, III 8 od *locum obtinuit*, 13 od *dicturos*, IV 17 od *concidisse*, V 11 od *pares;* odpowiednio w przykładach, które Draeger zkądinąd przytacza.

Reciperet: *i. e. acciperet;* tak I 52, II 62.

Adversam: z tyłu przeciwległa; tak *G.* 2.

Sabinum... praefuerat: c. 36.

Quod... arbitrabantur: odnosi się do *custodire... deterius*.

fensum Othoni senatum adbitrabantur, custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius; conviciis postremo ac probris causam et initium caedis quaerebant, cum alius insuper metus senatoribus instaret, ne praevalidis iam Vitellii partibus cunctanter excepisse victoriam crederentur. ita trepidi et utrimque anxii coeunt, nemo privatim expedito consilio, inter multos societate culpae tutior. onerabat paventium curas ordo Mutinensis arma et pecuniam offerendo, appellabatque „patres conscriptos", intempestivo honore.

LIII. Notabile inde iurgium fuit, quo Licinius Caecina Marcellum Eprium ut ambigua disserentem invasit. nec ceteri sententiam aperiebant: sed invisum memoria delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen inritaverat Caecinam, ut, novus adhuc et in senatum nuper adscitus, magnis inimicitiis claresceret. moderatione meliorum dirempti: et rediere omnes Bononiam rursus consiliaturi; simul medio temporis plures nuntii sperabantur. Bononiae divisis per itinera, qui recentissimum quemque percontarentur, interrogatus Othonis libertus causam digressus, habere se suprema eius mandata, respondit; ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura et abruptis vitae blandimentis. hinc admiratio et plura interrogandi pudor, atque omnium animi in Vitellium inclinavere.

LIV. Intererat consiliis frater eius L. Vitellius, seque iam adulantibus offerebat, cum repente Coenus, libertus Neronis, atroc mendacio universos perculit, adfirmans superventu quartae decumae legionis, iunctis a Brixello viribus, caesos victores, versam partium for-

Licinius Caecina: inszy niż Allenus Caecina, dowódzca Vitelljski.

Divisis: *abl. absolutus, reflexivum.*

tunam. causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalescerent: et Coenus quidem rapidum in urbem vectus paucos post dies iussu Vitellii poenas luit, senatorum periculum auctum credentibus Othonianis militibus vera esse, quae adferebantur. intendebat formidinem, quod publici consilii facie discessum Mutina desertaeque partes forent. nec ultra in commune congressi sibi quisque consuluere, donec missae a Fabio Valente epistulae demerent metum: et mors Othonis quo laudabilior, eo velocius audita.

LV. At Romae nihil trepidationis, Ceriales ludi ex more spectabantur. ut cessisse Othonem et a Flavio Sabino praefecto urbis, quod erat in urbe militum, sacramento Vitellii adactum certi auctores in theatrum adtulerunt, Vitellio plausere; populus cum lauru ac floribus Galbae imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis iuxta lacum Curti, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. in senatu cuncta longis aliorum principatibus composita statim decernuntur; additae erga Germanicum exercitum laudes gratesque et missa legatio, quae gaudio fungeretur. recitatae Fabii Valentis epistulae ad consules scriptae, haud immoderatae: gratior Caecinae modestia fuit, quod non scripsisset.

LVI. Ceterum Italia gravius atque atrocius quam bello adflictabatur. dispersi per municipia et colonias Vitelliani spoliare rapere, vi et stupris polluere; in omne fas nefasque avidi aut venales non sacro, non profano

Rapidum: tak w rękopisach (*s.v. disiderata... crederetur.* 2-o III 7).

Publici... forent. 1-o *Publici... facie*: c. 53: *rediere... consiliaturi.* 2-o *Discessum*: powinni byli zostać w Mutinie, gdzie ich Otho zostawił (c. 52: *Mutinae relicta*).

Sabino: brat Vespasiana; inszy niż w cc. 36, 51.

In... venales. 1-o *Fas nefasque*: wolno rabować *profanum*, niewolno *sacrum*. 2-o *Venales*: dawali się przekupywać do takich uczynków.

abstinebant: et fuere qui inimicos suos specie militum interficerent. ipsique milites, regionum gnari, refertos agros, dites dominos in praedam aut, si repugnatum foret, ad excidium destinabant, obnoxiis ducibus et prohibere non ausis. minus avaritiae in Caecina plus ambitionis: Valens ob lucra et quaestus infamis eoquo alienae etiam culpae dissimulator. iam pridem adtritis Italiae rebus tantum peditum equitumque, vis damnaque et iniuriae aegre tolerabantur.

LVII. Interim Vitellius victoriae suae nescius ut ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus vires trahebat: pauci veterum militum in hibernis relicti, festinatis per Gallias dilectibus, ut remanentium legionum nomina supplerentur. cura ripae Hordeonio Flacco permissa, ipse e Britannico delecta octo milia sibi adiunxit, et, paucorum dierum iter progressus, prosperas apud Bedriacum res ac morte Othonis concidisse bellum accepit: vocata contione virtutem militum laudibus cumulat. postulante exercitu, ut libertum suum Asiaticum equestri dignitate donaret, inhonestam adulationem conpescit: dein mobilitate ingenii, quod palam abnuerat, inter secreta convivii largitur, honoravitque Asiaticum anulis, foedum mancipium et malis artibus ambitiosum.

LVIII. Isdem diebus accessisse partibus utramque

Specie militum: cywilni udawali żołnierzy.

Ipsique... destinabant. 1-o *Gnari:* nie wszyscy. 2-o *Praedam:* względnie do *dominos* jest jeństwo; temu przeciwstawione *excidium*; tak w c. 44.

Nomina: w przeciwieństwie do istoty rzeczy; tak I 55, IV 15; *Cic. Att.* V 15; *quum exercitum noster amicus habeat, me nomen habere duarum legionum exilium.*

Britannico: scil. exarcitu: domyślne z poprzedniego *exercitus.*

Isdem... venere. 1-o *Procuratore:* wielkorządzca. 2-o *Nuntii:* dwie nowiny, *accessisse... Mauretaniam,* i *interfecto... Albino.*

Mauretaniam interfecto procuratore Albino nuntii venere. Lucceius Albinus, a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione haud spernendis viribus agebat: decem novem cohortes, quinque alae, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia et raptus apta bello manus. caeso Galba in Othonem pronus nec Africa contentus Hispaniae angusto freto diremptae inminebat. inde Cluvio Rufo metus, et decumam legionem propinquare litori ut transmissurus iussit; praemissi centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent: neque arduum fuit, magna per provincias Germanici exercitus fama; spargebatur insuper, spreto procuratoris vocabulo Albinum insigne regis et Iubae nomen usurpare.

LIX. Ita mutatis animis Asinius Pollio alae praefectus, e fidissimis Albino, et Festus ac Scipio cohortium praefecti opprimuntur, ipse Albinus, dum e Tingitana provincia Caesariensem Mauretaniam petit, in adpulsu litoris trucidatus, uxor eius, cum se percussoribus obtulisset, simul interfecta est, nihil eorum, quae fierent, Vitellio anquirente: brevi auditu quamvis magna transibat, impar curis gravioribus.

Exercitum itinere terrestri pergere iubet: ipse Arare flumine devehitur, nullo principali paratu, sed vetere egestate, conspicuus, donec Iunius Blaesus Lugudunensis Galliae rector, genere illustri, largus animo et par opibus, circumdaret principi ministeria, comitaretur liberaliter, eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis valaret. praesto fuere Luguduni victricium victarumque partium duces. Valentem et Caecinam pro contione laudatos curuli suae circumposuit; mox universum exercitum occurrere infanti filio iubet, perlatum-

Africa: część świata.

que et paludamento opertum, sinu retinens, Germanicum appellavit, cinxitque cunctis fortunae principalis insignibus. nimius honos inter secunda rebus adversis in solacium cessit.

LX. Tum interfecti centuriones, promptissimi Othonianorum: unde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus: simul ceterae legiones contactu et et adversus Germanicos milites invidia bellum meditabantur. Suetonium Paulinum ac Licinium Proculum tristi mora squalidos tenuit, donec auditi necessariis magis defensionibus quam honestis uterentur. proditionem ultro inputabant, spatium longi ante proelium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen ac pleraque fortuita fraudi suae adsignantes; et Vitellius credidit de perfidia et fidem absolvit. Salvius Titianus, Othonis frater, nullum discrimen adiit, pietate et ignavia excusatus. Mario Celso consulatus servatur: sed creditum fama obiectumque mox in senatu Caecilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari nec sine exitio Celsi voluisset: restitit Vitellius deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum. Trachalum adversus criminantes Galeria, uxor Vitellii, protexit.

LXI. Inter magnorum virorum discrimina, pu-

Interfecti: w miejsce niezrozumiałego gramatycznie *intfectis*, jeden z domysłów niezrozumiałych rzeczowo. Niejasność ta rzuca cień też na *unde... meditabantur.*

Et et: tak w rękopisach (s. v. *si... relinquerentur* I 65).

Squalidos: podsądni ubierali się szaro, niedbale, zapuszczali włosy na głowie i brodzie.

Permixtum... fortuita: c. 41: *mixta... angusta.*

Postea consulatum: na Grudzień; III 68: *consuli... erat* (s. v. *namque... mulieris* 2-o V 22).

Criminantes: zarzucali mu przyjaźń Othona (I 90).

Inter... est. 1-o *Magnorum... discrimina.* Powszechnie odnoszone do c. 60: *Suetonium... absol-*

dendum dictu, Mariccus quidam, e plebe Boiorum, inserere sese fortunae et provocare arma Romana, simulatione numinum, ausus est. iamque, adsertor Galliarum et deus, nam id sibi indiderat, concitis octo milibus hominum proximos Aeduorum pagos trahebat, cum gravissima civitas electa iuventute, adiectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem disiecit. captus in eo proelio, Mariccus, ac mox feris obiectus, quia non laniabatur, stolidum vulgus inviolabilem credebat, donec, spectante Vitellio, interfectus est.

LXII. Nec ultra in defectores aut bona cuiusquam saevitum: rata fuere eorum, qui acie Othoniana ceciderant, testamenta aut lex intestatis. prorsus, si luxuriae

vit. Roth tłomaczy „zwischen die Prozesse bedeutender Maenner hinein", Burnouf „au milieu des persecutions qu'essuyaient tant d'hommes illustres"; nawet Greef (*lex. tac.* str. 299-b) te *discrimina* podciąga pod kategoryą *rei judiciariae*. A jednak to niemożliwe, gdyż *ausus est*, odnosząc się do *provocare.. romana*, sięga czasów o wiele dawniejszych, o tyle, że, nim, w obecnej chwili *interfectus est*, Mariccus ogłosił się zbawcą Gallii, zebrał 8000 ruchawki, zrabował kraj Aeduów, że przeciw niemu Aeduowie zwerbowali młodzież i wyprawili na wojnę, że Vitellius im w pomoc wysłał kohorty, Mariccus został wzięty w niewolę i odeslany do Lugdunum. Niepozostaje więc jak przez *magnorum... discrimina* rozumieć rozstrzygi, bitwy, wojnę między Othonem a Vitelliusem, do której Mariccus się wmieszał, chcąc zostać władzcą nie Rzymu wprawdzie, ale Gallii. 2-o *Inserere sese fortunae: Dial.* 10: *nomen inserere possunt famae.*

Iamque... disjecit. 1-o *Adsertor: i. e. liberator, vindex.* 2-o *Hominum*: zdaje się oznaczać wojsko niewyćwiczone, ruchawkę. 3-o *Trahebat:* rabował; tak III 33; *Sall. Cat.* 11: *rapere omnes, trahere.* 4-o *Gravissima*: potężna, bogata; *Liv.* XXXIV 17: *gravem atque opulentam civitatem.*

Intestatis: *abl. absolutus* z domyślnym podmiotem: *si qui intestati acie Othoniana ceciderant*, tak I 26 *erumpentibus*, 85 *conversis*.

temperaret, avaritiam non timeres: epularum foeda et inexplebilis libido: ex urbe atque Italia inritamenta gulae gestabantur strepentibus ab utroque mari itineribus, exhausti conviviorum apparatibus principes civitatum, vastabantur ipsae civitates, degenerabat a labore ac virtute miles adsuetudine voluptatum et contemptu ducis. praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet, cum de potestate nihil detraheret, pulsi Italia mathematici, cautum severe, ne equites Romani ludo et harena polluerentur: priores id principes pecunia et saepius vi perpulerant; ac pleraque municipia et coloniae aemulabantur corruptissimum quemque adulescentium pretio inlicere.

LXIII. Sed Vitellius, adventu fratris et inrepentibus dominationis magistris superbior et atrocior, occidi Dolabellam iussit, quem iu coloniam Aquinatem sepositum ab Othone rettulimus. Dolabella, audita morte Othonis, urbem introierat: id ei Plancius Varus praetura functus, ex intimis Dolabellae amicis, apud Flavium Sabinum praefectum urbis obiecit, tamquam rupta custodia ducem se victis partibus ostentasset: addidit temptatam cohortem, quae Ostiae ageret; nec ullis tantorum criminum probationibus, in paenitentiam versus seram veniam, post scelus, quaerebat. cunctantem super

Degenerabat... ducis. 1-o *A*: względem (*s. v. a* I 89). 2-o *Labore et virtute*: *i. e. laboris virtute;* tak *labor* jest *virtus* w *Cic. le. man.* 11: *virtutes... labor etc.* (*s. v. terrorem* c. 31). 3-o *Voluptatum:* igrzysk (c. 61: *spectante... est*).

Praemisit... polluerentur. 1-o *Edictum*: treścią obejmuje wszystko aż do *polluerentur.* 2-o *Reciperet*: c. 55: *in... decernuntur.* 3-o *Cautum*: *i. e. decretum, jussum; Suet. Aug.* 1: *decretum(...) quo cavebatur.*

Veniam... quaerebat. 1-o *Veniam*: *scil. Dolabellae apud Sabinum.* 2-o *Scelus*: *scil. proditionem amici.*

tanta re Flavium Sabinum Triaria, L. Vitellii uxor, ultra feminam ferox, terruit, ne periculo principis famam clementiae adfectaret. Sabinus, suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu et in alieno discrimine sibi pavens, ne adlevasse videretur, inpulit ruentem.

LXIV. Igitur Vitellius metu et odio, quod Petroniam uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistulas, vitata Flaminiae viae celebritate, devertere Interamnium atque ibi interfici iussit. longum interfectori visum: in itinere ac taberna proiectum humi iugulavit, magna cum invidia novi principatus, cuius hoc primum specimen noscebatur. et, Triariae licentiam, modestum e proximo exemplum, onerabat Galeria, imperatoris uxor, non inmixta tristibus, et, pari probitate, mater Vitelliorum, Sextilia, antiqui moris: dixisse quin etiam ad primas filii sui epistulas ferebatur, non Germanicum a se sed Vitellium genitum; nec ullis postea fortunae inlecebris aut ambitu civitatis in gaudium evicta domus suae tantum adversa sensit.

LXV. Digressum a Luguduno Vitellium Cluvius Rufus adsequitur omissa Hispania, laetitiam et gratulationem vultu ferens, animo anxius et petitum se crimi-

Inpulit: doniósł Vitelliusowi.

Devertere: *intransitivum*.

Primum: drugiem będzie zabójstwo Blaesusa, w III 38 i 39.

Et Triariae... Sextilia. 1-o *Et*: odpowiada następnemu *et* (*pari*); wiąże *Galeria* z *Sextilia* (*s v. si... relinquerentur* I 65). 2-o *E proximo*: względnie do imperatora; Triaria była jego tylko bratową. 3-o *Exemplum*: odnosi się do *Galeria*. 4-o *Onerabat*: cięższą, gorszą czynił; tak I 6, II 52, 87, IV 14. 5-o *Inmixta*: *reflexivum*. 6-o *Tristibus: i. e. inmitibus, saevis;* tak I 14, 29, II 60; *Hor. od.* I 16, 26 przeciwstawia *mitibus*.

Germanicum: tak się nazwał w nagłówku listu.

nationibus gnarus. Hilarius, Caesaris libertus, detulerat, tamquam, audito Vitellii et Othonis principatu, propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum temptasset, eoque diplomatibus nullum principem praescripsisset; interpretabatur quaedam ex orationibus eius contumeliosa in Vitellium et pro se ipso popularia. auctoritas Cluvii praevaluit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet. Cluvius comitatui principis adiectus non adempta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arrunti. eum Tiberius Caesar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat. non idem Trebellio Maximo honos: profugerat Britannia ob iracundiam militum; missus est in locum eius Vettius Bolanus e praesentibus.

LXVI. Angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus. sparsae per Italiam et victoribus permixtae hostilia loquebantur, praecipua quartadecumanorum ferocia, qui se victos abnuebant, quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non adfuisse. remitti eos in Britanniam, unde a Nerone exciti erant, placuit, atque interim Batavorum cohortes una tendere, ob veterem adversus quartadecumanos discordiam. nec diu, in tantis armatornm odiis, quies fuit: Augustae Taurinorum, dum opificem quendam Batavus ut fraudatorem insectatur, legionarius ut hospitem tuetur, sui cuique commilitones adgregati a conviciis ad caedem transiere; et proelium atrox exarsisset, ni duae praetoriae cohortes, causam quartadecumanorum secutae, his fiduciam et metum Batavis fecissent. quos Vitellius agmini suo iungi ut fidos, legionem Grais

Caesaris: patronat przechodził z cesarza na cesarza; dlatego (poniżej) *ut libertum suum*.

Vexillariis... pulsis: c. 43: *circumventi... quartadecumani*.

Alpibus traductam eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent: namque et Viennenses timebantur. nocte, qua proficiscebatur legio, relictis passim ignibus, pars Taurinae coloniae ambusta: quod damnum, ut pleraque belli mala, maioribus aliarum urbium cladibus obliteratum: quartadecumani, postquam Alpibus digressi sunt, seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant: consensu meliorum conpressi et legio in Britanniam transvecta.

LXVII. Proximus Vitellio e praetoriis cohortibus metus erat. separati primum, deinde, addito honestae missionis lenimento, arma ad tribunos suos deferebant, donec motum a Vespasiano bellum crebresceret; tum, resumpta militia, robur Flavianarum partium fuere. prima classicorum legio in Hispaniam missa, ut pace et otio mitesceret, undecuma ac septima suis hibernis redditae, tertiadecumani struere amphitheatra iussi; nam Caecina Cremonae, Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabant, numquam ita ad curas intento Vitellio, ut voluptatum oblivisceretur.

LXVIII. Et quidem partes modeste distraxerat:

Traductam: w przyszłości; czas przeszły użyty względnie do *eo... ire*, który to *flexus* dopiero po drugiej stronie Alp się znajduje.

Timebantur: bano się ich zemsty za postępowanie Valensa (I 66).

Digressi: tak w rękopisach.

Septima: *scil. Galbiana*; Pannońska; 7-a *Claudiana*, Moesijska, z zimowisk swych doszła tylko do Aquilei (c. 85: *septima... progressae*).

Et... distraxerat. 1-o *Quidem*: stoi, w sposób niezwykły, przed wyrazem, do którego się odnosi, t. j. przed *partis*; tak *Nep. Ann.* 2: *quum quidem bellum parabis, te ipsum frustraberis.* 2-o *Partes*: oba stronnictwa; tak c. 25, III 5, 79, 83, IV 31; niewłaściwie dodawane *victas*. 3-o *Modeste*: *modestia* tkwiła w *partes*.

apud victores orta seditio, ludicro initio; numerus caesorum invidiam bello auxisset. discubuerat Vitellius Ticini adhibito ad epulas Verginio. legati tribunique, ex moribus imperatorum, severitate aemulantur vel tempestivis conviviis gaudent; proinde miles intentus aut licenter agit. apud Vitellium omnia indisposita temulenta, pervigiliis ac bacchanalibus quam disciplinae et castris propiora. igitur duobus militibus, altero legionis quintae, altero e Gallis auxiliaribus, per lasciviam ad certamen luctandi accensis, postquam legionarius prociderat, insultante Gallo et iis, qui ad spectandum convenerant, in studia deductis, erupere legionarii in perniciem auxiliorum ac duae cohortes interfectae. remedium tumultus fuit alius tumultus: pulvis procul et arma adspiciebantur: conclamatum repente quartam decumam legionem verso itinere ad proelium venire; sed erant agminis coactores: adgniti dempsere sollicitudinem. interim Verginii servus, forte obvius, ut percussor Vitellii insimulatur, et ruebat ad convivium miles mortem Verginii exposcens. ne Vitellius quidem, quamquam ad

Numerus... auxisset: tak w rękopisach; niepotrzebnie dodawane *ni*; zdanie odrębne. Sens: ilość zabitych (*duae cohortes interfectae*) była tak wielka, iż nawet wojnie byłaby przysporzyła ohydy.

Legati... agit. 1-o *Severitate*: tak w rękopisach; *Ann.* XII 64: *vitiis aemulabantur.* 2-o *Proinde:* tak w rękopisach; z niektórymi biorę w znaczeniu „*perinde*"; tak I 30, II 27, 35, 39, 72, 97, III 58, IV 36, 52, 72; *Cic. fam.* X 24, *Gell.* VI 3, *Petr. sat.* 83, *Lucr.* IV 647. Wogóle w rękopisach nietylko dzieł Tacyta, ale inszych też autorów, *perinde* często oznacza co zwykło się rozumieć przez *proinde* i odwrotnie. Wydawcy wielokrotnie wyrazy te zamieniają dowolnie; wszędzie trzymałem się rękopisów.

Deductis: i. e. adductis; tak w rękopisach; niepotrzebnie zamieniane na *diductis; Liv.* XXXVI 5, 7: *Macedonas in societatem belli... deductos esse.*

Miles: sensu collectivo.

omnes suspiciones pavidus, de innocentia eius dubitavit; aegre tamem cohibiti, qui exitium consularis et quondam ducis sui flagitabant. nec quemquam saepius quam Verginium omnis seditio infestavit: manebat admiratio viri et fama, sed oderant ut fastiditi.

LXIX. Postero die Vitellius, senatus legatione, quam ibi opperiri iusserat, audita, transgressus in castra, ultro pietatem militum conlaudavit, frementibus auxiliis tantum impunitatis atque adrogantiae legionariis accessisse. Batavorum cohortes, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remissae, principium interno simul externoque bello parantibus fatis. reddita civitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, et, prima statim defectione, inter inania belli, adsumptus. ceterum ut largitionibus adfectae tam imperii opes sufficerent, amputari legionum auxiliorumque numeros iubet vetitis supplementis; et promiscae missiones offerebantur. exitiabile id rei publicae, ingratum militi, cui eadem munia inter paucos periculaque ac labor crebrius redibant; et vires luxu corrumpebantur, contra veterem disciplinam et instituta

Omnis: w I 8, II 51, gdy nieprzyjął panowania; w c. 49 bez przyczyny; w c. 51, gdy żądali, by w ich imieniu posłował; tu z podejrzenia, że Vitelliusa chciał przez niewolnika swego zabić.

Legatione: c. 55: *missa... fungerentur.*

Principium... fatis: odesłanie Batawów do Germanii przyczyni się do Civilisowej wojny (IV 15: *mox... agentes*), która, z początku zewnętrzna, ponieważ Batavi nie byli poddani rzymscy, ale *socii* (IV 12 *in societate validiorum*, 14 *neque... olim*), a zarheńscy Germanie, wnet z nimi zespoleni, byli nawet zupełnie niezależni (IV 12, 28), zamieni się w wewnętrzną, gdy przeciw Rzymowi wystąpią Gallowie (IV 55).

Prima... adsumptus. 1-o *Prima defectione*: *scil. Vitellii a Galba;* w początkach jednej i jedynej *defectio*; tak nader często. 2-o *Inter... belli:* nawias.

Tam: tak w rękopisach.

maiorum, apud quos virtute quam pecunia res Romana melius stetit.

LXX. Inde Vitellius Cremonam flexit et, spectato munere Caecinae, insistere Bedriacensibus campis ac vestigia recentis victoriae lustrare oculis concupivit. foedum atque atrox spectaculum: intra quadragensimum pugnae diem lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formae, infecta tabo humus, protritis arboribus ac frugibus dira vastitas, nec minus inhumana pars viae, quam Cremonenses lauru rosaque constraverant, extructis altaribus caesisque victimis, regium in morem; quae, laeta in praesens, mox perniciem ipsis fecere. aderant Valens et Caecina monstrabantque pugnae locos, hinc inrupisse legionum agmen, hinc equites coortos, inde circumfusas auxiliorum manus: iam tribuni praefectique, sua quisque facta extollentes, falsa vera aut maiora vero miscebant. vulgus quoque militum, clamore et gaudio, deflectere via, spatia certaminum recognoscere, aggerem armorum, strues corporum

Intra... constraverant. 1-o *Intra... diem:* przed nastaniem 40-go dnia. Tak IV 62 *die intra quam*; podobnie (ale lokalnie) IV 2 *intra Bovillas.* O ileby chodziło o uwydatnienie okropności widoku wyrażonego przez *lacera... vastitas*, należałoby powiedzieć nie *intra* ale *ultra*, gdyż im dłużej po bitwie widok ten trwał, tem był okropniejszy. Usprawiedliwi się *intra*, gdy do niego odniesiemy też *nec... morem*, i zwiążemy w jedno zdanie z *lacera... vestitas;* wtenczas dopiero uwydatni się *foedum... spectaculum* równoczesnością i bezpośrednią miejscową stycznością rzeczy okropnych i radosnych. 2-o *Corpora:* c. 45: *vulgus... relictum.* 3-o *Pars viae:* miejscowość, strona, którą była *via*; nacisk na *via* (*s. v. trierarchi... inclinabat* 2-o III 12). Tak *pars* w c. 43, *Agr.* 38, *Ann.* IV 25, XI 3, XVI 1.

Mox... fecere: pobudziło Flavian do zemsty (III 32).

Inrupisse... manus: c. 41 *equites prorupere*, c. 43: *duae... quartadecumani* i *Alfenus... invecti.*

intueri mirari; et erant quos varia sors rerum lacrimaeque et misericordia subiret. at non Vitellius flexit oculos, nec tot milia insepultorum civium exhorruit: laetus ultro et tam propinquae sortis ignarus instaurabat sacrum dis loci.

LXXI. Exim Bononiae a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur advecto ex urbe cultu: quantoque magis propinquabat, tanto corruptius iter, inmixtis histrionibus et spadonum gregibus et cetero Neronianae aulae ingenio; namque et Neronem ipsum Vitellius admiratione celebrabat, sectari cantantem solitus non necessitate, qua honestissimus quisque, sed luxu et saginae mancipatus emptusque. ut Valenti et Caecinae vacuos honoris menses aperiret, coartati aliorum consulatus, dissimulatus Marci Macri tamquam Othonianarum partium ducis; et Valerium Marinum, destinatum a Galba consulem, distulit, nulla offensa, sed mitem et iniuriam segniter 'aturum. Pedanius Costa omittitur, ingratus principi ut adversus Neronem ausus et Verginii exstimulator: sed alias protulit causas; actaeque insuper Vitellio gratiae, consuetudine servitii.

LXXII. Non ultra paucos dies, quamquam acribus initiis coeptum, mendacium valuit. extiterat quidam

Inmixtis... ingenio. 1-o *Inmixtis*: szli z Rzymu. 2-o *Ingenio*: przyroda, właściwość; *Gell.* XII 1: *lactis ingenia et proprietates.*

Namque... emptusque. 1-o *Namque... celebrabat: scil. non mirum est, Vitellium iter corrumpi passum esse, namque etc..* Do podobnych domysłów daje *namque* powód w IV 46, 83, *Verg. Aen.* I 65. 2-o *Mancipatus: i. e. deditus; Apul. met.* 9: *matutino mero et continuo stupro corpus manciparat.*

Ausus: taksamo *absolute* w *Verg. Aen.* II 347.

Extiterat... manebat. 1-o *Scribonianum:* zabity z rozkazu Nerona. 2-o *Occultatum: reflexivum.* 3-o *Crassorum: scil. Scribonianorum* IV 39).

Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histria occultatum, quod illic clientelae et agri veterum Crassorum ac nominis favor manebat. igitur, deterrimo quoque in argumentum fabulae adsumpto, vulgus credulum et quidam militum, errore veri seu turbarum studio certatim adgregabantur, cum pertractus ad Vitellium interrogatusque quisnam mortalium esset, postquam nulla dictis fides et a domino noscebatur condicione fugitivus nomine Geta, sumptum de eo supplicium, in servilem modum.

LXXIII. Vix credibile memoratu est, quantum superbiae socordiaeque Vitellio adoleverit, postquam speculatores e Suria Iudaeaque adactum in verba eius Orientem nuntiavere: nam, etsi vagis adhuc et incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus ac plerumque ad nomen eius Vitellius excitabatur: tum ipse exercitusque, ut nullo aemulo, saevitia libidine raptu in externos mores proruperant.

LXXIV. At Vespasianus bellum armaque et procul vel iuxta sitas vires circumspectabat. miles ipsi adeo paratus, ut praeeuntem sacramentum et fausta Vitellio omnia precantem per silentium audierint; Muciani animus nec Vespasiano alienus et in Titum pronior; praefectus Aegypti, Alexander, consilia sociaverat; tertiam legionem, quod de Suria in Moesiam transisset, suam numerabat; ceterae Illyrici legiones secutu-

Errore: i. e. ignorantia; tak *Dial.* 29; *Nep. Epam.* 7: *belli imperitus, cujus errore; Liv.* XXIV 17: *errore viarum an exiguitate temporis.*

Noscebatur: i. e. adgnoscebatur; tak w I 90, III 73, IV 50.

Credibile memoratu: tak *Sall. Cat.* 7.

Bellum... vires: trzykrotny pleonazm.

Tertiam... numerabat. 1-o *De:* tak w rękopisach; tak *Sall. Cat.* 61: *de castris... processerant; Caes. b. g.* I 2: *de finibus... exi-*

rae sperabantur; namque omnis exercitus flammaverat adrogantia venientium a Vitellio militum, quod truces corpore, horridi sermone ceteros ut inpares inridebant; sed in tanta mole belli plerumque cunctatio, et Vespasianus modo in spem erectus, aliquando adversa reputabat, quis ille dies foret, quo sexaginta aetatis annos et duos filios iuvenes bello permitteret? esse privatis cogitationibus progressum, et, prout velint, plus minusve sumi, ex fortuna: imperium cupientibus nihil medium inter summa aut praecipitia.

LXXV. Versabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari: suas legiones civili bello inexpertas, Vitellii victrices, et apud victos plus querimoniarum quam virium; fluxam per discordias militum fidem et periculum ex singulis: quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterve praesenti facinore paratum ex diverso praemium petat? sic Scribonianum sub Claudio interfectum, sic percussorem eius Volaginium e gregario ad summa militiae provectum: facilius universos inpelli quam singulos vitari.

LXXVI. His pavoribus nutantem et alii, legati amicique, firmabant et Mucianius, post multos secretosque sermones, iam et coronam, ita locutus: ,,omnes qui

rent. 2-o (*De*) *Suria:* Mucianus, jako namiestnik Syryi, rozporządzał legią 3-ą, a sprzyjał Vespasianowi (c. 5: *exitu... consuluere);* więc legia 3-a była pozyskana Vespasianowi. 3-o *In... transisset*: dla tego (niżej) *ceterae... sperabantur;* Moesia należała bowiem do *Illyricum*.

Esse... fortuna. 1-o *Privatis: scil. viris;* tak z powodu *velint.* 2-o *Cogitationibus*: *ablativus.* 3-o *Velint*: *scil. privati.* 4-o *Sumi: scil. a privatis.*

His... locutus. 1-o *Et* (*alii*): odpowiada następnemu *et* (*Mucianus*). 2-o *Coronam*: *scil. factam*; tak w rękopisach; odnosi się do *post*; podobnie I 10 *post fortunam*, III 49 *post Cremonam*. *Corona* w znaczeniu ludzi otaczających, rzecz zwyczajna.

magnarum rerum consilia suscipiunt, aestimare debent, an, quod inchoaturi, rei publicae utile, ipsis gloriosum, aut promptum effectu aut non, certe non arduum sit; simul ipse, qui suadet, considerandus est, adiciatne consilio periculum suum, et, si fortuna coeptis adfuerit, cui summum decus adquiratur. ego te, Vespasiane, ad imperium voco, tamquam salutare rei publicae: quam tibi magnificum? iuxta deos in tua manu positum est. nec speciem adulantis expaveris; a contumelia quam a laude propius fuerit post Vitellium eligi. non adversus divi Augusti acerrimam mentem nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne contra Gai quidem aut Claudii vel Neronis fundatam longo imperio domum exsurgimus; cessisti etiam Galbae imaginibus: torpere ultra et polluendam perdendamque rem publicam relinquere sopor et ignavia videretur, etiamsi tibi, quam inhonesta, tam tuta servitus esset. abiit iam et transvectum est tempus, quo posses videri concupisse; confugiendum est ad imperium. an excidit trucidatus Corbulo? splendidior origine, quam nos sumus, fateor. sed et Nero nobilitate natalium Vi-

Inchoaturi: scil. sunt; tak w rękopisach.

Aut non, certe non: tak w rękopisach; daje sens dobry; można jednak do *aut non* domyślać *promptum effectu*, do *certe non* zaś *aut*, do *arduum* wreszcie *effectu*.

Tamquam: jako; tak w rękopisach.

Expaveris: *s. v. audita... parens* 3-o III 56.

Laude: i. e. re laudabili; Verg. Aen. V 355: *merui... laude coronam;* odpowiednio *contumeliam*.

Cessisti: po śmierci Nerona mogłeś a nie chciałeś ogłosić się cesarzem.

Excidit: scil. e memoria.

Splendidior... anteibat. 1-o Neron zabił Corbulona; ty, od Corbulona mniej świetny, będziesz zabity od Vitelliusa, ustępującego Neronowi w świetności Ten sam stosunek świetności spowoduje tę samę zazdrość, podejrzliwość, a, skutkiem tego, zabójstwo. 2-o *Nos*: obejmuje i Vespasiana, jak, wyżej, *exsurgimus*.

tellium anteibat. satis clarus est apud timentem, quisquis timetur: et posse ab exercitu principem fieri sibi ipse Vitellius documento, nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbae odio provectus. ne Othonem quidem ducis arte aut exercitus sui, sed praepropera ipsius desperatione victum, iam desiderabilem et magnum principem fecit, cum interim spargit legiones, exarmat cohortes, nova cotidie bello semina ministrat. si quid ardoris ac ferociae miles habuit, popinis et comissationibns et principis imitatione deteritur: tibi e Iudaea et Suria et Aegypto novem legiones integrae, nulla acie exhaustae, non discordia corruptae, sed firmatus usu miles et belli domitor externi, classium alarum cohortium robora et fidissimi reges et tua ante omnis experientia.

LXXVII. Nobis nihil ultra adrogabo, quam ne post Valentem et Caecinam numeremur: ne tamen Mucianum socium spreveris, quia aemulum non experiris. me Vitellio antepono, te mihi. tuae domui triumphale nomen, duo iuvenes, capax iam imperii alter et primis militiae annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. absurdum fuerit non cedere imperio ei, cuius filium adoptaturus essem, si ipse imperarem. ceterum inter nos

Galbae: genit. objecti.

Ne... ministrat. 1-o *Ne... quidem:* który był lichym wodzem. 2-o *Ducis: scil. Vitellii ut ducis.* 3-o *Exercitus sui: scil. Othoniani;* tak w rękopisach; odnosi się do *desperatione.* 4-o *Praepropera:* c. 46: *ut... victoribus.* 5-o *Ipsius: scil. Othonis.* 6-o *Victum:* że wojennie niebył zupełnie zwyciężony, dowody w cc. 44, 46. 7-o *Spargit:* c. 66, 67. 8-o *Cohortes: scil. praetorianas* (c. 67: *e... deferebant*). 9-o *Semina:* c. 69: *Batavorum... fatis.*

Nobis... numeremur. 1-o *Nobis: scil. mihi;* odpowiada poprzedniemu *tibi.* 2-o *Numeremur: i. e. aestimemur;* tak *Cic. Ros. Am.* 6.

Nomen: sława; tak wielekroć.

Inter... erit. 1-o Sens: mój stosunek do ciebie względem stopnia, na którym się naszem stanowiskiem znajdziemy, będzie różny, stosownie do tego, czy nam się

non idem prosperarum adversarumque rerum ordo erit; nam si vincimus, honorem, quem dederis, habebo: discrimen ac pericula ex aequo patiemur. immo, ut melius est, tuos exercitus rege, mihi bellum et proeliorum incerta trade. acriore hodie disciplina victi quam victores agunt. hos ira odium ultionis cupiditas ad virtutem accendit, illi per fastidium et contumacia hebescunt. aperiet et recludet contecta et tumescentia victricium partium vulnera bellum ipsum; nec mihi maior in tua vigilantia parsimonia sapientia fiducia est quam in Vitellii torpore inscitia saevitia. sed meliorem in bello causam quam in pace habemus; nam, qui deliberant, desciverunt".

LXXVIII. Post Muciani orationem ceteri audentius circumsistere hortari, responsa vatum et siderum motus referre. nec erat intactus tali superstitione, ut qui mox, rerum dominus, Seleucum quendam mathematicum rectorem et praescium palam habuerit. recursabant animo vetera omina: cupressus arbor—in agris eius, con-

powiedzie, czy nie. Jeśli zwyciężymy, będę miał zaszczyt jaki dasz, więc niższy od twego; w razie przeciwnym będziemy w cierpieniach sobie równi. 2-o *Prosperarum... rerum:* względnie do powodzeń i przeciwności.

Tuos: tak w rękopisach. Czy niemają słuszności, którzy piszą *tu hos*, nieśmiałbym ręczyć (*s. v. dispersi haut cupidine praedae* 1-o I 79).

Hos... hebescunt: *hos* odnosi się do dalej stojącego *victi*, zaś *illi* do bliższego *victores*; w *Cic. Ros. com.* 2 cztery razy się to powtarza. Podobnie *inde* i *hic* w c. 6.

Palam... habuerit: przeciw prawu, bo c. 62: *pulsi... mathematici.*

Cupressus. scil. recursabat; było pierwszem *omen*, drugiem *et... Carmelus.*

In... credebat. 1-o Nawiasowa uwaga; opisuje jak cyprys stał się wróżbą, i jakie Vespasian wnioski wyprowadził. 2-o *Promissa*: *scil. a haruspicibus.* 3-o *Fidem*: obietnica; tak IV 60.

spicua altitudine, repente prociderat, ac postera die, eodem vestigio resurgens, procera et latior virebat: grande id prosperumque consensu haruspicum, et summa claritudo, iuveni admodum, Vespasiano promissa: sed primo triumphalia et consulatus et Iudaicae victoriae decus implesse fidem ominis videbatur: ut haec adeptus est, portendi sibi imperium credebat—, et, Iudaeam inter Suriamque, Carmelus: ita vocant montem deumque: nec simulacrum deo aut templum, sic tradidere maiores, aram tantum et reverentiam. illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versaret animo, Basilides sacerdos, inspectis identidem extis, „quidquid est", inquit, „Vespasiane, quod paras, seu domum extruere seu prolatare agros sive ampliare servitia, datur tibi, magna sedes, ingentes termini, multum hominum". has ambages et statim exceperat fama et tunc aperiebat, nec quicquam magis in ore vulgi. crebriores apud ipsum sermones, quanto sperantibus plura dicuntur. haud dubia destinatione discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream: illa Suriae, hoc Iudaeae caput est.

LXXIX. Initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum, festinante Tiberio Alexandro, qui kalendis Iuliis sacramento eius legiones adegit. isque primus principatus dies in posterum celebratus, quamvis Iudaicus exercitus quinto nonas Iulias apud ipsum

Et... Carmelus: scil. recursabat; związane równorzędnie z *cupressus.* Wydawcy, rękopismienne *et* zamieniając na *est*, sens, tok opowiadania, związek gramatyczny, stylistyczny między tem co poprzedza a co następuje, psują.

Aram... reverentiam: scil. esse. Tak w rękopisach; zamieniane na *ara* (...) *reverentia;* zależy od *tradidere.* Odpowiednio i do *simulacrum... templum* domyślam *esse.* Jest nawiasem, gdyż *illic* wiąże się bezpośrednio z *Carmelus.*

iurasset, eo ardore, ut ne Titus quidem filius expectaretur, Suria remeans et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. cuncta impetu militum acta, non parata contione, non coniunctis legionibus.

LXXX. Dum quaeritur tempus locus, quodque in re tali difficillimum est, prima vox, dum animo spes timor ratio casus obversantur, egressum cubiculo Vespasianum pauci milites, solito adsistentes ordine, ut legatum salutaturi, imperatorem salutavere: tum ceteri adcurrere, Caesarem et Augustum et omnia principatus vocabula cumulare: mens a metu ad fortunam transierat. in ipso nihil tumidum adrogans aut in rebus novis novum fuit. ut primum tantae multitudinis obfusam oculis caliginem disiecit, militariter locutus. laeta omnia et affluentia excepit; namque id ipsum opperiens Mucia-

Cuncta... acta. 1-o Zapowiedź treści w c. 80 do *cumulare.* 2-o *Militum*: prostych żołnierzy.

Caesarem et Augustum: scil. salutare.

Mens... transierat. 1-o *Mens*: *scil. militum ceterorum.* 2-o *Transierat*: poprzedziło czynność wyrażoną przez *adcurrere... cumulare*, ale późniejszem jest niż *milites* (...) *imperatorem salutavere.*

Ut... locutus. 1-o *Multitudinis*: tak w rękopisach (*s. v. laeva maris* c. 2). 2-o *Locutus*: *scil. est*; niewłaściwie wiązane z następnem *laeta... excepit*; tak z domyślnem *est* na końcu zdania *locutus* w I 55, II 76, *ausus* w I 48, IV 11, 23, *invecti* w II 43, *creditus* w IV 67, *audita* w IV 68.

Laeta... excepit. 1-o Fakta tu wyliczone z konieczności o wiele późniejsze niż *ut... locutus*; tembardziej nadejście wiadomości o nich; więc i gramatycznie *laeta... excepit* niemoże być w związku z *ut... locutus.* Dla tego od *laeta* zaczynam nowe zdanie. Tak wiadomości o rzeczach późniejszych wtrącone niepostrzeżenie w opowieść obecnych np. w c. 95: *natalem... insolito*, IV 53: XI... *credebatur*, 69: *restitit... contionibus.* 2-o *Omnia:* obejmuje wszystko od *namque* do c. 81 *juravere.*

Namque... adegit. 1-o *Id: scil. milites imperatorem salutavisse.*

nus alacrem militem in verba Vespasiani adegit: tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos adloquitur, satis decorus etiam Graeca facundia omniumque, quae diceret atque ageret, arte quadam ostentator. nihil aeque provinciam exercitumque accendit, quam quod adseverabat Mucianus statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Suriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Suriacis legionibus Germanica hiberna caelo ac laboribus dura mutarentur. quippe et provinciales sueto militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus et propinquitatibus mixti, et militibus vetustate stipendiorum nota et familiaria castra in modum penatium diligebantur.

LXXXI. Ante dus Iulias Suria omnis in eodem sacramento fuit. accessere, cum regno, Sohaemus haud spernendis viribus, Antiochus vetustis opibus ingens et inservientium regum ditissimus. mox per occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri navigatione properaverat; nec minore animo regina Berenice partes iuvabat, florens aetate formaque et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus, quantumque introrsus in Pontum et Armenios

2-o *Miles: scil. Syriarus Antiochensis.*

Hiberna: przedmiot „na który” inny przedmiot się zamienia; tu *nominativus* w zależności od formy biernej. Owszem w III 44, IV 14 przez *accusativus*, w zależności od formy czynnej, wyrażony jest przedmiot „który” zamienia się na inny.

In... patescit. Armenia jeszcze niejest prowincyą rzymską (c. 82: *mihi... legati*, *Eutr.* VIII 3: *Trajanus provincias fecit Armeniam etc.*). Więc *in* (*Armenios*) oznacza kierunek „ku” przestrzeni leżącej poza granicami państwa rzymskiego. Odpowiednio *Pontus* tu niejest kraj, który już jest prowincyą rzymską

patescit, iuravere; sed inermes legati regebant, nondum additis Cappadociae legionibus. consilium de summa rerum Beryti habitum; illuc Mucianus cum legatis tribunisque et splendidissimo quoque centurionum ac militum venit et e Iudaico exercitu lecta decora: tantum simul peditum equitumque et aemulantium inter se regum paratus speciem fortunae principalis effecerant.

LXXXII. Prima belli cura agere dilectus, revocare veteranos; destinantur validae civitates exercendis armorum officinis: apud Antiochenses aurum argentumque signatur; eaque cuncta per idoneos ministros suis quaeque locis festinabantur. ipse Vespasianus adire hortari, bonos laude, segnes exemplo incitare saepius quam coercere, vitia magis amicorum quam virtutes dissimulans. multos praefecturis et procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit, egregios viros et mox summa adeptos; quibusdam fortuna pro virtutibus fuit. donativum militi neque Mucianus prima contione nisi modice ostenderat: ne Vespasianus quidem plus civile bello obtulit, quam alii in pace, egregie firmus adversus militarem largitionem eoque exercitu meliore. missi ad Parthum Armeniumque legati provisumque, ne, versis ad civile bellum legionibus, terga nudarentur. Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit: sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus et Vespasiani nomen ac ni-

(III 47: *subita... verterat*), ale morze. Owszem prowincya *Pontus* objęta jest w *quantumque... patescit.*

Suis: właściwe; tak I 10, IV 39, 67.

Praefecturis: dowództwa wojsk posiłkowych; odpowiednio bywa *praefectus*; znaczenie powszednie.

Procurationibus: zawiadowstwa cesarskich majątkowych interesów.

Prima... contione: c. 80: *namque... ostentator.*

Obtinere: zająć; tak III 8, V 3.

hil arduum fatis. ad omnes exercitus legatosque scriptae epistulae praeceptumque, ut praetorianos, Vitellio infensos, reciperandae militiae praemio invitarent.

LXXXIII. Mucianus cum expedita manu, socium magis imperii quam ministrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliscere famam ipso spatio sinebat, gnarus modicas vires sibi et maiora credi de absentibus; sed legio sexta et tredecim vexillariorum milia ingenti agmine sequebantur. classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num, omissa Moesia, Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque; quas inermes exponi Vitellio, ni praesidiis firmarentur: atque ipsum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si sibi Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur.

LXXXIV. Igitur navium militum armorum paratu strepere provinciae: sed nihil aeque fatigabat qunm pecuniarum conquis'tio: eos esse belli civilis nervos dictitans, Mucianus non ius aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat. passim delationes, et locupletissimus quisque in praedam correpti. quae gravia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata, etiam in pace mansere, ipso Vespasiano inter

Modicas... sibi: legia 3-a w Moesyi (c. 74), 12-a jeszcze w V I będzie w Syryi, 6-a pójdzie z tyłu; pozostaje jemu do boku 4-a, i to bez taboru (*expedita manus*).

Num... Asiaque. 1-o *Omissa*: na boku zostawiwszy; tak IV 34. 2-o *Navibus*: *scil. classe*, o której wyżej wzmianka. 3-o *Tuta*: zajęcie Dyrrachium i pobocznego morza miało zabezpieczyć Achaję i Azję od Vitellian i Raveńskiej oraz Miseńskiej floty, które (c. 100: *Ravennati... Misenensi*) obecnie staly w Ravennie.

initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante, donec indulgentia fortunae et pravis magistris didicit ausus que est. propriis quoque opibus Mucianus bellum iuvit, largus privatim, quod avidius de re publica sumeret: ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti: rarissimus quisque eandem in reciperando licentiam habuerunt.

LXXXV. Adcelerata interim Vespasiani coepta Illyrici exercitus studio, transgressi in partes. tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit: octava erat ac septima Claudiana, inbutae favore Othonis, quamvis proelio non interfuissent. Aquileiam pro-

Ad... est. 1-o *Obtinendas*: ma tu znaczenie zachowania nabytku nieprawnego; *Liv.* XXIX 1: *judiciis... ad obtinendam injuriam redditis, suas res Syracusanis restituit.* 2-o *Indulgentia fortunae: scil. Vespasianus indulgebat fortunae suae;* tak c. 99. 3-o *Magistris*: *dativus* zależny od *indulgentia*.

Illyrici... partes. Zapowiedź treści zawartej w cc. 85 i 86. Moesijskie legie przystąpiły wedle (niżej) *tertia... Claudiana*, Pannońskie wedle c. 86: *at... accessere*; z Delmackich 11-a (ona jedna obecnie liczy się do Illyryjskiego wojska, bo 14-a, według c. 66, odesłana do Britannii), będzie wciągniętą, wedle c. 86: *juncti... traxere*. Orzeczenie to o przejściu Illyryjskiego wojska wogóle do stronnictwa flavijskiego powtórnie stwierdzonem będzie w c. 86: *Illyricis... desciscentibus*.

Tertia: Vespasian ją już w c. 74 *suam numerabat.*

Inbutae... Othonis: pozór każe rozumieć sprzyjanie Othonowi, zwłaszcza ze względu na c. 46: *praemissi... nuntiabant.* Mógł on być powodem zawziętości przeciw Vitelliusowi; ale jako powód, dla którego *adcelerata... partes*, musi *favor Othonis* być rozumiany jako *favor quo Otho favebat Vespasiano.* Rzeczywiście czytamy w *Suet. Vesp.* 6: *epistola... defuncti Othonis ad Vespasianum, extrema obtestatione ultionem mandantis, et ut reipublicae subveniret optantis*; jakowy tekst obszernie też opisuje scenę tu zaznaczoną słowami „*Aquilejam... erant*".

Aquilejam... egerant: odnosi się do czasu dawniejszego; c,

gressae, proturbatis, qui de Othone nuntiabant, laceratisque vexillis nomen Vitellii praeferentibus, rapta postremo pecunia et inter se divisa, hostiliter egerant. unde metus et ex metu consilium, posse inputari Vespasiano, quae apud Vitellium excusanda erant. ita tres Moesicae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum aut abnuenti vim parabant. in eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium Iulianum, septimae legionis legatum, ob simultates, quibus causas partium praetendebat. Iulianus, comperto discrimine et gnaris locorum adscitis, per avia Moesiae ultra montem Haemum profugit, nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens, et ex nuntiis cunctabundus aut properans.

LXXXVI. At in Pannonia tertia decuma legio ac septima Galbiana, dolorem iramque Bedriacensis pugnae retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere, vi praecipua Primi Antonii. is, legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala, senatorium ordinem reciperaverat. praepositus a Galba septimae legioni scriptitasse Othoni credebatur, ducem se partibus offerens; a quo neglectus in nullo Othoniani belli usu fuit. labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus grande

46: *praemissi... nuntiabant*; a było już skutkiem wpływu legii 3-ej. Były *progressae* idąc z Moesyi ku Italii; dalej nie doszły.

Septimae: scil. Claudianae.

In Pannonia... Galbiana. Z 13-ej albo tylko części kazano budować amphitheatra (c. 67: *tertiadecumani... jussi*). i ta część w Italii została, albo wszystkim, a ci, zbudowawszy, wrócili do swych zimowisk Pannońskich; 7-a *Galb.* wprost i zaraz wróciła, wedle c. 67: *septima... redditae.*

Inter... mala. 1-o Nawias, jak c. 69: *inter inania belli.* 2-o *Belli: scil. Galbae contra Neronem*, bo między *tempore Neronis* a *praepositus a Galba.*

momentum addidit, strenuus manu, sermone promptus, serendae in alios invidiae artifex, discordiis et seditionibus potens, raptor largitor, pace pessimus, bello non spernendus. iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere, quamquam consularibus legatis nihil turbantibus: Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Delmatiam tenebant, divites senes. sed procurator aderat, Cornelius Fuscus, vigens aetate, claris natalibus. prima iuventa quietis cupidine senatorium ordinem exuerat; idem, pro Galba dux coloniae suae, eaque opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus, acerrimam bello facem praetulit: non tam praemiis periculorum quam ipsis pericu-

Iuncti... turbantibus. 1-o *Iuncti*: że Pannońskie wojsko jest w Pannonii, widzieliśmy *s. v. in Pannonia... Galbiana*; że Moesijskie jeszcze w III 5 będzie w Moesyi, zobaczymy *s. v. ceterum... adsciti* 4-o III 5; *iuncti* oznacza więc nie materialne ale idealne połączenie, jak *adjuncto* w I 61. 2-o *Inde: temporale*; odnosi się do *traxere*. 3-o *Delmaticum militem*: legia 11-a; stoi w Delmacyi (c. 67: *undecuma... redditae*); jedyna prócz tej, dotychczas Delmacka, 14-a, według c. 66, poszła do Britannii. 4-o *Traxere*: że czyn skutecznie dokonany, dowodem (niżej) *Illyricis... desciscentibus*, gdyż *Delmaticus miles* należy do *Illyrici exercitus*. 5-o *Legatis*: *scil. Moesiae, Pannoniae, Delmatiae*; następne *Tampius... senes* pomija Moesijskiego, ponieważ już w c. 85 powiedziano, że *Moesiae rector*, t. j. *consularis legatus*, nazywał się Aponius. Że i on na korzyść Vespasiana *nihil turbabat*, dowodem nietylko c. 85: *Aponius... properans*, ale jeszcze c. 96: *prima... perscripserat*. 6-o *Nihil: adverbium*; tak I 85, V 9. 7-o *Turbantibus*: *scil. pro Vespasiano*; *intransitivum*; tak I 58, 85.

Aderat: *scil. Flaviano et Silvano*: częściowe potwierdzenie słów tych w III 4. *Procurator* jest tu zawiadowca prywatnych interesów cesarskich.

Bello: *dativus*; odnosi się do *facem*; tak *dativus* zależny od rzeczownika w I 22 *Othoni... comes*, 44 *honore Galbae*, 65 *occasione irae*, 67 *initium bello*, 87 *bello consiliis*, 88 *ministros bello*, II 1 *initia... imperio*, 26 *fratri... proditionem*, III 20 *ceteraque*

lis laetus, pro certis et olim partis nova ambigua ancipitia malebat. igitur movere et quatere, quidquid usquam aegrum foret, adgrediuntur: scriptae in Britanniam ad quartadecumanos, in Hispaniam ad primanos epistulae, quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat: sparguntur per Gallias literae, momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam desciscentibus, ceteris fortunam secuturis.

LXXXVII. Dum haec per provincias a Vespasiano ducisbusque partium geruntur, Vitellius, contemptior in dies segniorque, ad omnis municipiorum villarumque amoenitates resistens, gravi urbem agmine petebat. sexaginta milia armatorum sequebantur, licentia corrupta; calonum numerus amplior, procacissimis, etiam inter servos, lixarum ingeniis; tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam si summa mo-

rusui, IV 11 *ipsi juventa*, 18 *hortamenta victoriae*, 19 *causam deditioni*, V 9 *genti caput*.

Pro: w porównaniu; tak w *Dial*. 18.

Igitur... adgrediuntur. 1-o *Igitur*: Primus, bo *is... spernendis*, Fuscus, bo *susceptis... malebat*. 2-o *Movere*: *i. e. impellere*; tak wielekroć. 3-o *Quatere*: *i. e. concutere*; *Verg. G.* III 132: *cursu quatiunt* (*scil. equum*): przyczem zauważyć się godzi, że *cursu* (wbrew powszechnemu rozumieniu) jest *dativus*. Tak I 52, IV 28. 4-o *Adgrediuntur*: Primus i Fuscus.

Resistens. i. e. non ultra progrediens; *Val. Flac.* III 100: *restitit ille gradu, seseque a lumine ferri sustinuit.*

Sexaginta... sequebantur. 1-o *Calonum... amplior*: *i. e. calonum et lixarum numerus amplior sequebatur, quorum lixarum etiam inter servos procacissima sunt ingenia*. 2-o *Inter*: *i. e. si comparaveris cum servis, e quorum numero non sunt lixae*. Porównanie pewnej kategoryi przedmiotów za pomocą *inter* z inszą, w skład której tamta nie wchodzi, też w V 17 *diem... majores*.

*Si.... *regetur*. 1-o *Modestia*: *i. e. disciplina*, karby wojskowe, karność; tak I 60, 83, II 12. 2-o *Regetur*: tak w rękopisach; niepotrzebnie zamieniane na *regeretur*.

destia regetur. onerabant multitudinem obvii ex urbe senatores equitesque, quidam metu, multi per adulationem, ceteri ac paulatim omnes, ne, aliis proficiscentibus, ipsi remanerent. adgregabantur e plebe, flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurrae histriones aurigae, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat: nec coloniae modo aut municipia congestu copiarum, sed ipsi cultores arvaque, maturis iam frugibus, ut hostile solum, vastabantur.

LXXXVIII. Multae et atroces inter se militum caedes, post seditionem Ticini coeptam manente legionum auxiliorumque discordia. ubi adversus paganos certandum foret, consensu. sed plurima strages ad septimum ab urbe lapidem. singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos ut gladiatoriam saginam dividebat, et effusa plebes totis se castris miscuerat. incuriosos milites, vernacula utebantur urbanitate, quidam spoliavere, abscisis furtim balteis, an accincti forent, rogitantes. non tulit ludibrium insolens contumeliarum animus: inermem populum gladiis invasere. caesus inter alios pater militis, cum filium comitaretur: deinde adgnitus: et vulgata caede temperatum ab innoxiis. in urbe tamen trepidatum praecurrentibus passim militibus; forum maxime petebant cupidine visendi locum, in quo Galba iacuisset: nec minus saevum spectaculum erant ipsi tergis ferarum et ingentibus telis horrentes, cum

Onerabant... remanerent. 1-o *Obvii*: obejmuje i *quidam* i *multi* i *ceteri* (...) *omnes*. 2-o *Omnes*: identyczni z *ceteri*; wszystka reszta; pleonazm powszedni. Odróżnianie, u tłomaczów powszechne, pochodzi z inwersyi, iż *ac paulatim* stoi po zamiast przed *ceteri* (s. v. *si... relinquerentur* I 65).

Multae... consensu; zdanie gramatycznie trudne do rozwikłania.

Vernacula... urbanitate. 1-o Nawias; odnosi się do *quidam*. 2-o *Urbanitate: i. e. facetiis*, wedle *Cic. Cael.* 3.

turbam populi per inscitiam parum vitarent aut, ubi lubrico viae vel occursu alicuius procidissent, ad iurgium, mox ad manus et ferrum transirent. quin et tribuni praefectique cum terrore et armatorum catervis volitabant.

LXXXIX. Ipse Vitellius, a ponte Mulvi, insigni equo, paludatus accinctusque, senatum et populum ante se agens, quo minus ut captam urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta praetexta et composito agmine incessit. quattuor legionum aquilae per frontem totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox duodecim alarum signa, et, post peditum ordines, eques, dein quattuor et triginta cohortes, ut nomina gentium aut species armorum forent discretae; ante aquila, praefecti castrorum tribunique et primi centurionum candida veste, ceteri, iuxta suam quisque centuriam, armis donisque fulgentes; et militum phalerae torquesque splendebant: decora facies et non Vitellio principe dignus

Paludatus accinctusque: tak wchodzić do Rzymu niebyło wolno.

Quattuor... discretae. 1-o *Circa*: *scil. utrimque*; tak III 63; tak *circum* w *Ann.* IV 74. 2-o *Alarum: scil. auxiliarium*; takież następne *cohortes.* 4-o *Et*: *explicativum*, gdyż *eques* identyczny z *duodecim alae.* 5-o *Peditum*: *scil. quattuor legionum, totidemque ex legionibus aliis vexillorum.* 6-o *Ut... discretae:* skutek poprzedniego *composito... incessit.* Mylnem jest, mniemam, powszechne rozumienie, jakoby *ut* znaczyło *prout*, zaś *forent* było *interativum.* I *cohortes* i *alae*, jako posiłkowe, rekrutowały się z narodów podbitych, a, wedle narodowości, miały różne umundurowanie i uzbrojenie.

Ante... fulgentes. 1-o *Ante:* przysłówek. 2-o *Aquila*: tak w rękopisach; niepotrzebnie zamieniane na *aquilam* albo *aquilas*; każda z osobna. 3-o *Ceteri*: *scil. centuriones*; w przeciwieństwie do *primi.*

Militum: prostych żołnierzy.

Dignus: odpowiedni; oznacza większą wartość niż zestawiony z nim Vitellius; tak *Agr.* 8: *placidius quam feroci provinciae dignum est.*

exercitus. sic Capitolium ingressus atque ibi matrem complexus Augustae nomine honoravit.

XC. Postera die tamquam apud alterius civitatis senatum populumque, magnificam orationem de semet ipso prompsit, industriam temperantiamque suam laudibus adtollens, consciis flagitiorum ipsis, qui aderant, omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus incesserat: vulgus tamen, vacuum curis et, sine falsi verique discrimine, solitas adulationes edoctum, clamore et vocibus adstrepebat, abnuentique nomen Augusti expressere, ut adsumeret, tam frustra, quam recusaverat.

XCI. Apud civitatem cuncta interpretantem funesti ominis loco acceptum est, quod, maximum pontificatum adeptus, Vitellius de caerimoniis publicis XV kalendas Augustas edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus: adeo omnis humani divinique iuris expers, pari libertorum amicorum socordia, velut inter temulentos agebat. sed, comitia consulum cum candidatis civiliter celebrans, omnem infimae plebis rumorem, in theatro ut spectator, in circo ut fau-

Tamquam... incesserat. 1-o *Alterius*: *scil. non suae ipsius*; tak *genitivus* zależny od *genitivus* w I 11 *rerum Romanorum*, III 12 *Caesaris liberti*, 68 *necis vitaeque civium*, 78 *civium sanguinis*, IV 46 *ejus imperatoris*. Tak samo własność państwa przypisana cesarzowi w I 8 *domino... civitatis*, 29 *alieni jam imperii*. 2-o *Consciis*: *scil. testibus*; tak *Verg. Aen.* IV 167; *conscius aether connubii*. 4-o *Omni*: *scil. ea*; tak I 39, 85, II 76, III 43, V 16.

Expers: *i. e. ignarus*; tak *Ann.* II 52.

Omnem: *i. e. quemlibet, omnis generis*; tak I 63, 72, 89, II 17, 68, 87, 90, III 28, IV 42, 49, 59, V 9, 13, 17; *Caes. b. g.* V 6: *omnibus... precibus*; *Hor. ep* I 5, 2: *cenare times olus omne patella.* Tu sto-uje się do dwóch rodzajów, *in theatro ut spectator, in circo ut fautor.*

tor, adfectavit: quae, grata sane et popularia, si a virtutibus proficiscerentur, memoria vitae prioris indecora et vilia accipiebantur. ventitabat in senatum, etiam cum parvis de rebus patres consulerentur, ac forte Priscus Helvidius praetor designatus contra studium eius censuerat. commotus primo Vitellius, non tamen ultra quam tribunos plebis in auxilium spretae potestatis advocavit; mox mitigantibus amicis, qui altiorem iracundiam eius verebantur, nihil novi accidisse, respondit, quod duo senatores in re publica dissentirent; solitum se etiam Thraseae contra dicere. inrisere plerique inpudentiam aemulationis, aliis id ipsum placebat, quod neminem ex praepotentibus, sed Thraseam ad exemplar verae gloriae legisset,

XCII. Praeposuerat praetorianis Publilium Sabinum a praefectura cohortis, Iulium Priscum tum centurionem: Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant; in-

Popularia: i. e. populo grata; tak c. 65.

Helvidius... censuerat. 1-o *Studium: Cic. inv.* I 25: *studium est animi... magna cum voluntate applicatio.* 2-o *Censuerat*: wedle *Ann.* I 74 panujący miał wybór pierwszego albo ostatniego głosu. Prawdopodobnie Vitellius wybrał miejsce ostatnie, więc Helvidius *forte*, przypadkiem, wbrew jego zamysłom, nieznając ich, głosował.

Aemulationis: scil. cum Helvidio in adipiscenda vera gloria. Opór Helvidiusa przeciw sobie porównywał z oporem swym przeciw Thrasei. Jedni śmieli się, że porównywał siebie z Helvidiusem, drudzy chwalili, że Thraseę uważał za wzór prawdziwej chwały, któremu śmieć oprzeć się, uważał dla siebie za zaszczyt, i siebie, cesarza, jako przedmiot oporu, porównywał z Thraseą, choć nienależącym do najpotężniejszych w senacie.

Praeposuerat praetorianis: Otho w c. 11 zabrał z Rzymu nad Pad *ceteras praetorias cohortes* i *veteranos e praetorio.* Więc w Rzymie z pretoryan nic niezostało. Wszystkich nad Padem stojących rozpuścił; potem się zszedłszy, odrazu przystąpili do Vespasiana (c. 67, IV 46). Pre-

ter discordes Vitellio nihil auctoritatis. munia imperii Caecina ac Valens obibant, olim anxii odiis, quae, bello et castris male dissimulata, pravitas amicorum et fecunda gignendis inimicitiis civitas auxerat, dum ambitu comitatu et inmensis salutantium agminibus contendunt, comparanturque variis in hunc aut illum Vitelli inclinationibus: nec umquam satis fida potentia ubi nimia est. simul ipsum Vitellium subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem contemnebant metuebantque. nec eo segnius invaserant domos hortos opesque imperii, cum flebilis et egens nobilium turba, quos ipsos liberosque patriae Galba reddiderat, nulla principis misericordia iuvarentur. gratum primoribus civitatis, etiam

toryan więc obecnie w Rzymie niema, a Vitellius mianuje prefektów dla tych, którzy w c. 93 będą formowani.

Munia... inclinationibus. 1-o *Olim*: *i. e. jam pridem;* tak *Plin. ep.* VIII 9, *Sen. ep.* 77, *Petr. sat.* 22. 2-o *Odiis:* każdy z nich nienawiścią przeciwnika. 3-o *Male: i. e. non satis, vix, aegre;* tak I 52, 66, IV 11; *Verg. Aen.* II 23: *male fida,* co Servius (*ad h. l.*) rozumie jako *minus fida.* Przy sposobności niech mi wolno będzie zauważyć, że przez *male* rozumieć *valde*, jak czynią uczeni, w *Cic. Att.* XIV 1, *Hor. sat.* I 3, 45, II 5, 107 i wielokroć, wydaje mi się niestosownem. 4-o *Inimicitiis: abl.;* tak I 51 *fecunda rumoribus*, IV 50 *latrociniis fecundam*, *Ann.* XIII 57 *gignendo sale fecundum.* 5-o *Salutantium:* tak samo o rannem powitaniu c. 80 *salutaturi.* 6-o *Ambitu... agminibus: abl. relationis;* odnoszą się do *contendunt;* tak I 47: *certant adulationibus.* 7-o *Contendunt: i. e. certant inter se; Verg. Aen.* V 291: *contendunt cursu.* 8-o *Comparanturque*: *scil. a pravis amicis et civitate.* 9-o *Inclinationibus: abl. relationis;* tak *abl.* zależny od *comparare* w I 7.

Nec... est. 1-o *Satis: i. e. valde;* tak cc. 76, 97, *Cic. off.* III 8, *Dig.* XXIX 2, 71. 2-o *Fida: scil. ipsis potentibus;* wierzytelna. 3-o *Potentia*: wpływ u panującego, władza uzurpowana.

Contemnebant metuebantque: *scil. Caecina et Valens contemnebant propter blanditias, metuebant propter offensas.*

plebs adprobavit, quod reversis ab exilio iura liberto-rum concessisset, quamquam id omni modo servilia ingenia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus, et quidam in domum Caesaris transgressi atque ipsis dominis potentiores.

XCIII. Sed miles, plenis castris et redundante multitudine, in porticibus aut delubris et urbe tota vagus, non principia noscere, non servare vigilias neque labore firmari: per inlecebras urbis et inhonesta dictu corpus otio, animum libidinibus imminuebant: postremo, ne salutis quidem cura, infamibus Vaticani locis magna pars tetendit: unde crebrae in vulgus mortes, et, adiacente Tiberi, Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis aviditate et aestus inpatientia labefecit. insuper confusus pravitate vel ambitu ordo militiae: sedecim praetoriae, quattuor urbanae cohortes scribebantur, quis singula milia inessent. plus in eo dilectu Valens audebat, tamquam ipsum Caecinam periculo exemisset. sane adventu eius partes convaluerant et sini-

Iura libertorum: scil. erga libertos; tak w *Dig.* XXV *t.* 3 *l.* 5 § 22. Prawa były nietylko osobiste ale i majątkowe; dlatego wyzwoleńcy chowali swe mienie: *abditis... sinus.*

Quamquam... potentiores. 1-o *Sinus:* osoba, u której się coś przechowuje; tak IV 14; *Plin. h. n.* XXXVI 24: *Scaurus... rapinarum provincialium sinus.* 2-o *In... transgressi:* sami Caesara za swego patrona obierali; tak *Plin. h. n.* XII 1. 3-o *Domum*: domownicy. 4-o *Dominis*: *i. e. patronis.*

Castris: *scil. praetorianis.*

Servare: i. e. observare; tak *Ann.* III 61.

Unde... labefecit. 1-o *Vulgus:* prosci żołnierze. 2-o *Germanorum... obnoxia*: c. 32: *Germanos... toleraturos.* 3-o *Aviditate... labefecit: scil. Vaticanus;* tak w rękopisach. 4-o *Aestus:* wkrótce po 15-m Lipca (c. 91. XV *kalendas Augustas*).

Tamquam... exemisset: c. 30: *munientibus... junguntur.*

strum lenti itineris rumorem prospero proelio verterat: omnisque inferioris Germaniae miles Valentem adsectabatur: unde primum creditur Caecinae fides fluitasse.

XCIV. Ceterum non ita ducibus indulsit Vitellius, ut non plus militi liceret. sibi quisque militiam sumpsere: quamvis indignus, si ita maluerat, urbanae militiae adscribebatur; rursus bonis remanere inter legionarios aut alares volentibus permissum. nec deerant, qui vellent, fessi morbis et intemperiem caeli incusantes; robora tamen legionibus alisque subtracta. convulsum castrorum decus viginti milibus e toto exercitu permixtis magis quam electis. Contionante Vitellio po-

Proelio: cc. 41—44.

Quamvis... adscribebatur. 1-o *Urbanae militiae:* do *quattuor urbanae cohortes* (c. 93). Rekrutowała się z najniższych warstw, nawet niewolników (I 80: *tamquam... armarentur*); niemógł więc żołnierz legionowy (z nich pobór teraz się czynił) być niegodnym wejścia do tej *urbana militia*, a przez *indignus* rozumieć tu należy „nieodpowiedni" (*s. v. dignus* c. 89).

Bonis: warci służby pretoryańskiej, która dawała przywileje, iż dotychczas tylko Italczycy mieli wstęp do niej (*s. v. ulline... perstringimus* 1-o I 84).

Intemperiem: wszelki zbytek w temperaturze; tu italskie gorąco.

Convulsum... electis. 1-o Nieznajduję sposobu, żeby te wyrazy na równi z *robora... subtracta*, związać z *quamvis... incusantes* za pomocą *tamen*. Owszem są one logicznym wynikiem poprzedniego *indignus... adscribebatur*, a jeżeli z czem w przeciwieństwie, to właśnie z *robora... subtracta*. Ażeby interpunkcyą przystosować, od *convulsum* zaczynam nowe zdanie. Nb. Skutki *convulsi castrorum decoris* okazują się zaraz w *contionante... bellassent.* 2 o *Castrorum*: obozowały tam i *cohortes urbanae*, bo w *viginti milia* one się też mieściły.

Contionante... bellassent. 1-o *Contionante*: w obozie pretoryańskim, przy sposobności poboru wyż opisanego. 2-o *Asiaticus:* z cc. 57, 95, IV 11 widać, że był niewolnikiem; nienależy więc, jak Flavus i Rufinus, do *duces Galliarum.* 3-o *Pro Vindice:* Vitellius był przeciwnikiem Galby,

stulantur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus, duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent: nec coercebat eius modi voces Vitellius: super insitam... animo ignaviam, conscius sibi instare donativum et deesse pecuniam, omnia alia militi largiebatur. liberti principum conferre pro numero mancipiorum ut tributum iussi: ipse, sola perdendi cura, stabula aurigis extruere, circum gladiatorum ferarumque spectaculis opplere, tamquam in summa abundantia pecuniae inludere.

XCV. Quin et natalem Vitellii diem Caecina ac Valens editis tota urba vicatim gladiatoribus celebravere, ingenti paratu et ante illum diem insolito. laetum foedissimo cuique, apud bonos invidiae fuit, quod extructis in campo Martio aris inferias Neroni fecisset. caesae publice victimae cremataeque; facem Augustales subdidere, quod sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit. nondum quartus a victoria mensis et libertus Vitellii Asiaticus Po-

a przeto zwolennikiem Nerona (c. 95: *inferias... fecisset*), przeciw któremu, za Vindexem część Gallów powstała. Tych Gallów dowódzcami byli Flavus i Rufinus. Vitellijscy żołnierze, z których teraz pretoryanie utworzeni, właśnie przeciw Vindexowi i tym *duces Galliarum* byli walczyli (I 51).

Liberti principum: prawa nad wyzwoleńcami przechodziły z księcia na księcia.

Natalem... diem: 7-o Września (*Suet. Vit.* 3). Wiadomość o tych igrzyskach z późniejszych czasów wzięta. Wnoszę z zaznaczającego obecną chwilę (niżej) *nondum... mensis*; bo zwycięztwo Bedriackie zaszło w pierwszej połowie kwietnia; czas obecny, na który przypada *nondum... mensis*, musi być wcześniejszy od połowy Sierpnia, a igrzyska odbędą się 7-o Września.

Nondum... aequabat. 1-o *Et:* już; tak I 19 *et* (*patrum*); *Verg. G.* II 80: *nec longum tempus et ingens exiit... arbos.* 2-o *Odiorum: scil. virorum odiosorum; Plaut. mil.* III 3, 48: *tu gnovisti... meum herum? populi odium quidni gnoverim?*

lyclitos Patrobios et vetera odiorum nomina aequabat. nemo in illa aula probitate aut industria certavit: unum ad potentiam iter, prodigis epulis et sumptu... satiare inexplebiles Vitellii libidines. ipse abunde ratus, si praesentibus frueretur, nec in longius consultans, noviens miliens sestertium paucissimis mensibus intervertisse creditur. Magna et misera civitas, eodem anno Othonem, Vitellium passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat, donec successere Mucianus et Marcellus et magis alii homines quam alii mores.

XCVI. Prima Vitellio tertiae legionis defectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistulis, antequam is quoque Vespasiani partibus adgregaretur; sed neque Aponius cuncta, ut trepidans re subita, perscripserat, et amici adulantes mollius interpretabantur, unius legionis eam seditionem, ceteris exercitibus constare fidem. in hunc modum etiam Vitellius apud milites disseruit, praetorianos nuper exauctoratos insectatus, a quibus falsos rumores dispergi, nec ullum civilis belli me-

Abunde: tak przysłówek z domyślnem lub wyrażonem słowem w I 75 *frustra*, II 97 *contra*, III 5 *impune*, 8 *parum*, 18 *contra*; nieco odmiennie w IV 23 *satis*, V 5 *contra*.

Magna... mores. 1-o *Magna... civitas:* wszyscy *cives*, we wszystkich warstwach, od najwyższej do najniższej. Do wielkich sfer odnoszące się *magnus* w I 17, II 10, 53, IV 53. 2-o *Asiaticos:* oznacza jednego (choć było ich dwóch); był nim wyżej i w c. 57 wzmiankowany; drugi w I 59, IV 4. 3-o *Varia:* różna między *magna* a *misera civitas*. 4-o *Pudenda:* dla wszystkich jednakowo.

Prima... epistulis. 1-o *Tertiae:* c. 85: *adcelerata... praebuit.* 2-o *Aponio:* wielkorządzca Moesyi (c. 85); przeto legia 3-a była mu podwładną.

Constare: i. e. perstare, permanere; Suet. Cal. 50: *valetudo ei... constitit.*

Vitellius... insectatus. 1-o *Milites: scil. praetorianos recens electos.* 2-o *Exauctoratos:* c. 67.

tum adseverabat, suppresso Vespasiani nomine et vagis per urbem militibus, qui sermones populi coercerent: id praecipuum alimentum famae erat.

XCVII. Auxilia tamen e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit, segniter et necessitatem dissimulans: perinde legati provinciaeque cunctabantur, Hordeonius Flaccus, suspectis iam Batavis, anxius proprio bello, Vettius Bolanus numquam satis quieta Britannia, et uterque ambigui: neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi consulari: trium legionum legati, pares iure et prosperis Vitellii rebus certaturi ad obsequium, adversam eius fortunam ex aequo detrectabant. in Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus iussu Vitellii militiam cepere; simul cetera iuventus dabat inpigre nomina: quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat: proinde socii de imperio utriusque coniectabant: sed experimentum contra fuit.

XCVIII. Ac primo Valerius Festus legatus studia

Nullo... consulari: wielkorządzcą całej (*citerior* i *ulterior*) Cluvius Rufus (I 8, 76, II 58); w II 65 podążywszy do Rzymu, rządzi nieobecny.

Trium... detrectabant. 1-o *Trium:* 1-ej *adjutrix* (c. 67), 6-ej i 10-ej (III 44: *initio... orto*). 2-o *Prosperis: scil. si prosperae fuerint.* 3-o *Detrectabant*: *i. e. recusabant;* tak *Caes. b. g.* VIII 14.

Africa: prowincya.

Socii: scil. populi romani; takimi byli *Numidae*, *Poeni*, *Mauri*.

Ac... invaluissent. 1-o *Legatus*: *scil. legionis*, o której c. 97: *legio* (IV 49: *tum... Festus*). 2-o *Studia: scil. pro Vitellio* (c. 97: *in... nomina*). 3-o *Provincialium*: *scil. civium romanorum provinciam Africam colentium.* 4-o *Nutabat:* przyczyna, dla której działa tu w roli naczelnej półkownik, nie wielkorządzca. wyłuszczona w IV 48. 5-o *Haec illave*: *scil. has illasve partes, Vitellianas Flavianasve.* 6-o *Prout invaluissent:* oznacza stopniowe, zmienne wzmaganie się jednej lub drugiej strony, gdyż, skoro któ-

provincialium cum fide iuvit, mox nutabat, palam epistulis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens, et haec illave defensurus, prout invaluissent. deprehensi cum literis edictisque Vespasiani per Raetiam et Gallias militum et centurionum quidam, ad Vitellium missi, necantur, plures fefellere, fide amicorum aut suomet astu occultati. ita, Vitellii paratus noscebantur, Ve-

ra stanowczo górę weźmie, już o jej bronieniu mowy niebędzie.

Deprehensi... occultati. 1-o Przy sposobności wzmianki o *epistulae* i *edicta*, wysyłanych przez Festusa do Vitelliusa, i o *nuntii* do Vespasiana, od *deprehensi* aż do *adversum erat* wtrącona wiadomość o *literae* i *edicta* rozsyłanych przez Vespasiana. 2-o Dla logicznego powiązania myśli należało właściwie zacząć od zaznaczenia, że i Vespasian wysyłał gońców, mianowicie *milites et centuriones cum literis edictisque*, i dopiero w dalszym ciągu nadmienić, że niektórzy (*quidam*) zostali schwytani, do Vitelliusa odesłani, i (rzecz prosta, na rozkaz Vitelliusa) zabici. 3-o Wysyłane te przez Vitelliusa listy (*literis*) są identyczne z temi, o których c. 86: *scriptae... literae.* Droga im z konieczności wypadała właśnie przez Raetią i Gallie. 4-o *Plures fefellere: scil. quam quidam ad Vitellium missi et necati.*

Ita... retinebant. 1-o *Ita:* więc; tak częstokroć; wyciąga wniosek z *plures fefellere;* odnosi się wyłącznie do *Vespasiani... ignota*, a *pleraque* odpowiada najzupełniej poprzedzającemu *plures.* Owszem *Vitellii... noscebantur* ani z *plures fefellere*, ani z niczem, zawartem w zdaniach poprzednich choćbyśmy sięgnęli aż do *ac primo*, związku przyczynowego, ani faktycznego ani stylowego niema. Jest więc nawiasową uwagą, a celem jej uzupełnić obraz wzajemnych wywiadów Vitelliusa i Vespasiana. 2-o *Paratus:* w cc. 92, 93, 94 do *electis* włącznie, c. 97: *auxilia... excivit.* 3-o Do *noscebantur* dorozumiewam *a Vespasiano*, zas *Vitellio* do *ignota.* Wypływają te domysły z natury rzeczy, i z dodatkowej uwagi *mare... erat.* 4-o *Consiliorum:* postanowienia, o których cc. 82, 83, 86: *igitur... literae.* 5-o *Primum... Vitellii:* odnosi się do czasu, kiedy *plures... fefellere*; a więc *plures... fefellere* było wcześniejsze niż *deprehensi... necantur;* jakowe nb. *deprehensi... necantur*, o ile odnosi się do *per Raetiam*, oznacza okolicz-

spasiani consiliorum pleraque ignota, primum socordia Vitellii; dein Pannonicae Alpes praesidiis insessae nuntios retinebant. mare quoque etesiarum, flabra aquilonis, in Orientem navigantibus secundum, inde adversum erat.

ności te same, co *Pannonicae... retinebant*, gdyż *Pannonicae Alpes* sięgały aż do Raetii. 6-o *Dein... retinebant:* stoi w stosunku przeciwieństwa do *primum... Vitellii*, jakgdyby z domyślnem *sed*. Stosunek taki przeciwieństwa zdania głównego (tu *dein.... retinebant*) do ubocznego (tu *primum... Vitellii*), nie zupełnie prawidłowy; jest jednak u Tacyta powszedni. 7-o *Pannonicae... insessae:* wskazówka, że *dein... retinebant* odnosi się do czasów późniejszych, niż te, do których odnosi się III 1: *agitavere... Alpes;* nawet w III 5: *posita... Raetia* będzie wyrażone dopiero postanowienie, aż do owego czasu niewykonane, tego co tu przez *dein... retinebant* jako już teraz wykonane jest przedstawionem.

Mare quoque etesiarum, flabra aquilonis. W rękopisie *etesiarum* podzielone na „*et esi arum*", a między *esi* i *arum* wtrącone *flabra aquilonis*, z kropką po *aquilonis*. *Flabra aquilonis* jest omówieniem wyrazu *etesiarum*. *Etesiarum* odnosi się do *mare*. Według *Plin. h. n.* II 47: *post biduum autem exortus iidem aquilones constantius perflant his diebus, quos etesias appellant*, są *etesiae* wiatrami północnemi, *aquilones;* które to *aquilones* nazwę *etesiae* otrzymują po dziesięciu dniach od rozpoczęcia swego. *Flabra aquilonis* bywa wyrzucane; niesłusznie; rękopiśmiennie, też istotą rzeczy, jest usprawiedliwione, ponieważ *aquilo* jest wiatrem północnym, główna część żeglugi między Iudaeą, gdzie obecnie Vespasian przebywa, a Brundisium, gdzie podróżni, płynący od Wschodu, lądowali, by jechać do Rzymu, odbywała się wzdłuż wybrzeży Azyatyckich, *aquilo* więc jadącym z Brundisium do Iudaei był pomyślny, dla przeciwnego kierunku przeciwny. Zastrzedz jednak trzeba, że dla tej części żeglugi, która odbywała się między wybrzeżem Azyatyckiem a Brundisium wiatr północny był jednakowo przeciwny, czy odbywała się ze wschodu ku zachodowi, czy przeciwnie. Właściwie, by usprawiedliwić twierdzenie, o które tu głównie chodzi, że *Vespasiani... ignota,* trafną jest tylko uwaga, że *mare*(...) *etesiarum inde* (*i. e. ex oriente*) *navigantibus*

XCIX. Tandem, inruptione hostium, atrocibus undique nuntiis exterritus, Caecinam ac Valentem expediri ad bellum iubet. praemissus Caecina, Valentem e gravi corporis morbo tum primum adsurgentem infirmitas tardabat. longe alia proficiscentis ex urbe Germanici exercitus species: non vigor corporibus, non ardor animis, lentum et rarum agmen, fluxa arma, segnes equi, inpatiens solis pulveris tempestatum, quantumque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promptior. accedebat huc Caecinae ambitio vetus, torpor recens, nimia fortunae indulgentia soluti in luxum, seu perfidiam meditanti infringere exercitus virtutem inter artes erat. credidere plerique Flavii Sabini consiliis concussam Caecinae mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo, rata apud Vespasianum fore pacta transitionis: simul odiorum invidiaeque erga Fabium Valentem admonebatur, ut, impar apud Vitellium, gratiam viresqne apud novum principem pararet.

C. Cacina, e complexu Vitellii multo cum honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit. mox vexilla primae quartae quintaedecumae sextaedecumae legionum, dein quinta et duoetvicensima secutae, postremo agmine unaetvicensima

adversum erat, zaś *mare... secundum* jest uwagą uzupełniającą, tak samo jak *Vitellii... noscebantur*, któremu służy za usprawiedliwienie.

Tandem... jubet. 1-o *Inruptione:* teraz miała miejsce; opisana będzie w III 6: *Antonio... rapienti.* 2-o *Expediri: reflexivum;* tak w rękopisach.

Rarum: i. e. magnis intervallis (*Caes. b. g.* VI 16).

Primae... sextae decumae: domysł wydawców, prawdopodobnie słuszny, ponieważ 1-o dopełniały liczby ośmiu legii Vitellijskich, które weszły do Rzymu (c. 89: *quattuor... vexilla*), 2-o, choć o ich wyjściu z Rzymu indziej nie będzie wzmianki, jednak w III 22 (*quartam... primanos*) znajdują się na placu boju.

Prima Italica: w I 59, 64, III 18 nazwana poprostu *Italica*;

Rapax et prima Italica incessere cum vexillariis trium Britannicarum legionum et electis auxiliis. profecto Caecina scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductaverat, ut in itinere opperiretur; sic sibi cum Caecina convenisse. qui, praesens eoque validior, mutatum id consilium finxit, ut ingruenti bello tota mole occurreretur. ita adcelerare legiones Cremonam, pars Hostiliam petere iussae: ipse Ravennam devertit praetexto classem adloquendi: mox Patavi secretum componendae prodi-

często owszem inna *prima*, mianowicie *Germanica*, nazywana krótko *prima*. O *prima classica* albo *adjutrix* patrz I 87: *reliquos... composuerat.*

Ut... occurreretur: odnosi się do *mutatum.*

Ita... jussae. 1-o *Adcelerare*: wedle III 14: *inde... praemiserat* legia 1-a *Ital.* i 21-a, wedle (wyżej) *postremo... auxiliis* też *vexilla... legionum* i *electa auxilia* poszły do Cremony; wyszły *postremo agmine*, a do Cremony miały dalej niż reszta wojsk do Hostilii; ten był powód, iż (one tylko) *adcelerare jussae.* 2-o *Pars... jussae*: za wyłączeniem wojsk wyliczonych *sub* 1-o, rozumieć należy resztę z wojsk wymienionych w *vexilla... auxiliis.* Były to legie 1-a *Germ.* 4-a 5-a 15-a 16-a 22-a. Że te poszły do Hostilii, dowodem też III 21: *sex... egerat,* i III 22, gdzie są numerami wymienione.

Ipse... ulciscebatur. 1-o Caecina chwiał się w wierności dla Vitelliusa, wedle c. 93: *plus... fluitasse,* 99: *credidere... pararet,* Bassus, wedle c. 100: *Lucilius... ulciscebatur.* Ten był powód, iż Caecina wstąpił do Bassusa do Ravenny. Tu postanowili porozumieć się w Patavium z flavijskimi wodzami, którzy już byli wtargli do Italii (c. 99: *inruptione hostium*). Dowodem zmowy Caeciny z Bassusem (poniżej) *nec... impulerit.* 2-o *Patavi*: *genitivus loci;* w związku z *secretum.* 3-o *Secretum:* tajna schadzka; tak c. 4, IV 49. 4-o *Componendae proditionis*: *genitivus* celu, zależny od *quaesitum;* tak III 49 *corrumpendae disciplinae,* IV 25 *usurpandi juris,* 42 *depellendi periculi.* 5-o *Praefecturam:* taki *praefectus* (nie *alae* ale *cohortis*) Publilius Sabinus, mianowany został *praefectus praetorio* (c. 92); to mogło w Bassusie zazdrość wzbudzić. 6-o *Iniquam iracundiam* (*scil. Vitellii*): słowa Bassusa.

tionis quaesitum; namque Lucilius Bassus post praefecturam alae Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus, quod non statim praefecturam praetorii adeptus foret, iniquam iracundiam flagitiosa perfidia ulciscebatur: nec sciri potest, traxeritne Caecinam, an, quod evenit inter malos, ut et similes sint, eadem illos pravitas impulerit.

CI. Sciptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo monimenta belli huiusce composuerunt, curam pacis et amorem rei publicae, corruptas in adulationem causas, tradidere: nobis, super insitam levitatem et, prodito Galba, vilem mox fidem, aemulatione etiam invidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteiretur, pervertisse ipsum Vitellium videntur. Caecina, legiones adsecutus, centurionum militumque animos obstinatos pro Vitellio variis artibus subruebat: Basso eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem classe, ob memoriam recentis pro Othone militiae.

Curam... causas. 1-o *Corruptas in adulationem:* uwaga autora, objaśniona przez *nobis... videntur.* 2-o *Causas: scil. defectionis Caecinae et Bassi.*

Anteirentur: bezosobiste; tak w rękopisach.

LIBER III.

I. Meliore fato fideque partium Flavianarum duces consilia belli tractabant. Poetovionem, in hiberna tertiae decumae legionis, convenerant. illic agitavere, placeretne obstrui Pannoniae Alpes, donec a tergo vires universae consurgerent, an ire comminus et certare pro Italia constantius foret. quibus opperiri auxilia et trahere bellum videbatur, Germanicarum legionum vim famamque extollebant, et advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora; ipsis nec numerum parem

Meliore... tractabant: zapowiedź opisu rady wojennej, o której cc. 1—6.

Comminus: *i. e. statim;* tak Servius rozumie *Verg. G.* I 104; tak *Dig.* XLV *t.* 1 *l.* 137.

Quibus... robora. 1-o *Auxilia: scil. vires universae,* więc nie *cohortes* i *alae auxiliares.* 2-o *Germanicarum:* t. j. wszystkich Vitellijskich. 3-o *Mox*: *scil. post Germanicas legiones.* 4-o *Britannici... robora*: II 57: *ipse... adjunxit.*

Nec... legionum: Vitellius ma ośm, 1-ą *Germ.* 4-ą 5-ą 15-ą 16-ą 21-ą 22-ą 1-ą *Ital.*, Vespasian sześć, 3-ą 7-ą *Claud.* 7-ą *Galb.* 8-ą 11-ą 13-ą (II 85: *tertia... Claudiana* 86: *at... accesse-*

pulsarum nuper, legionum, et, quamquam atrociter loquerentur, minorem esse apud victos animum: sed insessis interim Alpibus venturum cum copiis Orientis Mucianum; superesse Vespasiano mare, classes, studia provinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret: ita salubri mora novas vires adfore, et praesentibus nihil periturum.

II. Ad ea Antonius Primus, is acerrimus belli concitator, festinationem ipsis utilem, Vitellio exitiosam disseruit; plus socordiae quam fiduciae accessisse victoribus; neque enim in procinctu et castris habitos, per omnia Italiae municipia desides, tantum hospitibus metuendos, quanto ferocius antea se egerint, tanto cupidius insolitas voluptates hausisse, circo quoque ac theatris et amoenitate urbis emollitos aut valetudinibus fessos: sed addito spatio rediturum et his robur, meditatione belli; nec procul Germaniam, unde vires, Britanniam freto dirimi, iuxta Gallias Hispaniasque, utrimque viros equos tributa, ipsamque Italiam et opes urbis, ac, si in-

re i juncti... traxere). Niebyły właśnie *pulsae* 3-a 7-a *Claud.* 8-a, jako że w wojnie niebrały udziału (II 85: *adcelerata... egerant*).

Et... animum: zdanie ogólne.

Copiis Orientis: tylko Syryjskie, i to niewszystkie; legia 4-a (*s. v. modicas... sibi* II 83), 6-a i 13000 *vexillarii* (II 83).

Classes... provinciarum. 1-o *Classes:* dopiero sam dowódzca, Bassus, zaczyna się przechylać ku stronnictwu flavijskiemu (II 100: *ipse... impulerit*). 2-o *Provinciarum:* według II 81 dopiero *quidquid... juravere.*

Et... periturum. 1-o *Et:* tak w rękopisach. 2-o *Praesentibus: scil. viribus.* 3-o *Nihil periturum: scil. praemiorum belli, ut praedae, gloriae;* nic nie zginie bezowocnie; *Sen. Herc. Oet.* 1175: *Herculis vestri placet mortem perire.*

Freto: *scil. tantum.*

Ac... classes. 1-o *Ultro: scil. si non solum exspectare nos arma illaturos, sed etiam inferre Illyrico arma velint.* 2-o *Classes*: przeciwnie niż w c. 1 flotty tu jako wierne Vitelliusowi przedstawione; i rzeczywiście

ferre arma ultro velint, duas classes vacuumque Illyricum mare: quid tum claustra montium profutura? quid tractum in aestatem aliam bellum? unde interim pecuniam et commeatus? quin potius eo ipso uterentur, quod Pannonicae legiones, deceptae magis quam victae, resurgere in ultionem properent, Moesici exercitus integras vires attulerint? si numerus militum potius quam legionum putetur, plus hinc roboris, nihil libidinum, et profuisse disciplinae ipsum pudorem; equites vero ne tum quidem victos, sed, quamquam rebus adversis, disiectam Vitellii aciem: duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem: nunc sedecim alarum coniuncta signa pulsu sonituque et nube ipsa operient ac

przejdą do stronnictwa flavijskiego, Raveńska dopiero w c. 12, Miseńska w c. 57.

Quin... attulerint. 1-o *Pannonicae... deceptae*: II 42: *attonitas... fecere.* 2-o *Moesici... attulerint*: II 85: *tertia... interfuissent.*

Numerus militum: względnie z jednej strony do tych legii Vitellijskich, które wyszły na plac wojny, z drugiej do tych, które już za Vespasianem gotowe do wojny. W Vitellijskich lik żołnierzy mniejszy, bo a., część została w Germanii, b., II 69: *amputari... offerebatur*, c., wszystkie, biorąc udział w ostatniej wojnie, poniosły straty, d., z legii tych (częściowo i z inszych wojsk) zostało w Rzymie 20000 żołnierzy (II 93: *sedecim... inessent*), owszem e., z Flavijskich tylko 7-a *Galb.* 11-a i 13-a brały udział w wojnie, Moesijskie są nietknięte.

Nihil... pudorem. 1-o *Nihil libidinum: scil. hinc;* owszem o Vitellianach II 93: *animum libidinibus imminuebant.* 2-o *Pudorem: scil. rei adversus Vitellium perditae.*

Equites... aciem: odnosi się do II 41: *equites... inpingerentur* 44: *ne... equite. Rebus adversis* oznacza ogólną przegraną Othonian.

Duae... alae: jeśli po jednej, to powinnoby być *Pannonica* i *Moesica*, jeśli po dwie to *binae.*

Pulsu... equosque. 1-o *Pulsu sonituque: scil. terrae;* do *operient ac superfundent* odnosi się zeugmą; *Verg. Aen.* VIII 586: *quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.* 2-o *Oblitos*

superfundent oblitos proeliorum equites equosque. nisi quis retinet, idem suasor auctorque consilii ero: vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete: mihi expeditae cohortes sufficient: iam, reserata militia, inpulsas Vitellii res audietis; iuvabit sequi et vestigiis vincentis insistere.

III. Haec ac talia, flagrans oculis, truci voce, quo latius audiretur, etenim se centuriones et quidam militum consilio miscuerant, ita effudit, ut cautos quoque ac providos permoveret, vulgus et ceterum unum virum ducemque, spreta aliorum segnitia, laudibus ferrent. hanc sui famam ea statim contione commoverat, qua, recitatis Vespasiani epistulis, non, ut plerique, incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretationem, prout conduxisset: aperte descendisse in causam videbatur, eoque gratior militibus erat, culpae vel gloriae socius.

proeliorum: wojsko Vitellijskie nie mogło zapomnieć bitew, stoczonych tak niedawno; więc *oblitos* znaczy tu „niemyśleć" o bitwach, które im wypadnie stoczyć. Tak napewno w c. 36, prawdopodobnie w I 29, II 67, IV 77.

Auctor: rękojmia; *Cic. fam.* V 8: *a me consilium petis, quid sim tibi auctor.*

Quibus... est: przeciwnie Antoniusa, wedle c. 3: *hanc... socius.*

Iam... audietis. 1-o *Iam: i. e. statim;* tak II 23, 32, III 21, IV 50; odnosi się do *audietis.* 2-o *Reserata militia:* tak w rękopisach; *abl. absolutus*; odnosi się do hypotetycznej przyszłości. *Reserata* powiedziano antytetycznie do *retinet* i *continete. Militia* jest wojsko (*s. v. auxilia... desciscunt* 2-o IV 31).

Ut... ferrent. 1-o *Cautos... providos:* wszystkich *duces*, bo wszyscy byli za zwłoką. 2-o *Et*: właściwsze miejsce przed *vulgus.* 3-o *Ceterum: scil. ceteri qui vulgus erant;* tak w rękopisach: tak II 45, III 12, IV 56.

Statim contione: na zborze wojskowym odbytym dawniej, zaraz po przyjściu listu Vespasiana do Antoniusa, jako półkownika legii 7-ej *Galb.* (II 82: *ad... epistulae*).

Descendisse in causam: *Liv.* XXXVI 7: *cui si semel in causam descenderit, nihil integri futurum est.*

IV. Proxima Cornelii Fusci procuratoris auctoritas: is quoque inclementer in Vitellium invehi solitus nihil spei sibi inter adversa reliquerat. Tampius Flavianus, natura ac senecta cunctator, suspiciones militum inritabat, tamquam adfinitatis cum Vitellio meminisset, idque, quod, coeptante legionum motu profugus,—dein sponte remeaverat –,perfidiae locum quaesisse credebatur: nam

Inter adversa: odnosi się do *spei*.

Tampius... credebatur. 1-o *Tampius*: wielkorządzcaPannonii. 2-o *Cunctator*: wedle II 86 był *dives, senex* i *nihil turbabat*. 3-o *Tamquam:* jakoby; rzeczywistym powodem postępowania, wzbudzającego podejrzenie w wojsku, stanowczo przychylnem dla Vespasiana, było, że, jako *cunctator*, niezaraz stanowczo za Vespasianem się oświadczył. 4-o *Idque*: *scil. suspiciones militum inritabat*; tak w rękopisach. Tego *id* bliższem określeniem jest *quod... credebatur*. 5-o *Coeptante... profugus:* gramatycznie odnosi się do *perfidiae... credebatur*, pod względem czasu do II 85: *adcelerata... parabant*. 6-o *Profugus*: *scil. in Italiam*; tak ze względu na następne *omissa... Italiam*. 7-o *Dein... remeaverat:* nawias. 8-o *Sponte*: więc nie pod wpływem Fuscusa, a powodem było (niżej) *rerum... armis*. 9-o *Remeaverat*: *scil. in Pannoniam*. 10-o *Perfidiae... quaesisse*: dla porozumienia się z Vitellianami. 11-o *Locum*: *scil. opportunitatem, facultatem*.

Nam... praetenderetur. 1-o *Nam... impulerat:* tem się wyjaśnia *profugus... remeaverat*. 2-o *Discrimini*: *scil. a parte exercitus Pannonici*. 3-o *Rerum... cupido*: nie jest żądzą rzeczy nowych, przewrotów, gdyż chodzi o odzyskanie dawnej władzy namiestniczej (*legati... resumere*); jest więc żądzą rodzącą się z przewrotow (*s. v. laeva maris* II 2). 4-o *Legati*: *scil. consularis Pannoniae*. 5-o *Suadente... Fusco*: tem się wiąże epizod Tampiusa z poprzedniem *proxima... auctoritas*. Rada odnosi się tylko do *misceri... armis*, i dana była po dobrowolnym powrocie Tampiusa do Pannonii. 6-o *Industria*: ironia, bo Tampius był *natura et senecta cunctator*, owszem Fuscus (II 86) *vigens aetate* i *acerrimam... malebat*. 7-o *Consulare*: *scil. legati consularis*; owszem Fuscus był tylko *procurator*, tj. zawiadowcą prywatnych spraw cesarza.

Flavianum, omissa Pannonia ingressum Italiam et discrimini exemptum, rerum novarum cupido legati nomen resumere et misceri civilibus armis impulerat, suadente Cornelio Fusco, non quia industria Flaviani egebat, sed ut consulare nomen, surgentibus cum maxime partibus, honesta specie praetenderetur.

V. Ceterum ut transmittere in Italiam inpune et usui foret, scriptum Aponio Saturnino, cum exercitu Moesico celeraret, ac, ne inermes provinciae barbaris nationibus exponerentur, principes Sarmatarum Iazugum, penes quos civitatis regimen, in commilitium adsciti: plebem quoque et vim equitum, qua sola valent, offerebant: remissum id munus, ne inter discordias externa molirentur, aut maiore ex diverso mercede us fasque exuerent. trahuntur in partes Sido atque

Ceterum... adsciti. 1-o *Ceterum*: nawiązuje do c. 3: *permoveret*, w którem tkwi zgoda na zdanie Antoniusa, tj. na *transmittere in Italiam.* 2-o *Ut... foret*: w tym celu a., *scriptum celeraret*, b., *principes... adsciti*, z dodatkowym celem *ne... exponerentur*, c., *trahuntur... Sueborum*, d., *posita... auxilia*; reszta rozdziału nawiasy. Są to dopiero postanowienia rady wojennej. 3-o *Transmittere*: *intransitivum*; tak II 58, V 19. 4-o *Exercitu Moesico*: zostawiliśmy w Aquileji (II 85: *tertia... progressae*); wróciło do Moesyi; bo a., gdyby stało jeszcze w Aquileji, to rada niepotrzebowałaby naglić do pośpiechu, owszem sama z wojskiem Pannońskiem, jako bardziej oddalonem, potrzebowałaby spieszyć; b., *ac... exponerentur* jest tylko o tyle zrozumiale, o ile wojsko Moesijskie obecnie znajduje się w Moesyi. 5-o *Principes*: *i. e. primores*; tylko oni, bez wojska; starszyzna, bez ograniczenia liczby, bądź z wyboru, bądź z rodu; tak I 68, *Agr.* 12, *Germ. passim.* 6-o *Quos*: *scil. principes*; wogóle, gdyż *penes... regimen* charakteryzuje rodzaj rządów, arystokratyczny, w przeciwieństwie do (niżej) *reges Sueborum.*

Plebem .. molirentur. 1-o *Et*: *explicativum.* 2-o *Remissum*: grzeczny synonym odmowy; podobnie II 48, III 58, IV 11. 3-o *Discordias*: *scil. internas.*

Trahuntur... Romanos. 1-o *Par-*

Italicus, reges Sueborum, quis vetus obsequium erga Romanos:... posita in latus auxilia, infesta Raetia, cui Porcius Septiminus procurator erat, incorruptae erga Vitellium fidei: igitur Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus: nec his aut illis proelium temptantibus, fortuna partium alibi transacta.

VI. Antonio vexillarios e cohortibus et partem equitum ad invadendam Italiam rapienti comes fuit Arrius Varus, strenuus bello: quam gloriam et dux Corbulo et prosperae in Armenia res addiderant. idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus; unde, infami gratia, primum pilum adepto, laeta ad praesens, male parata mox in perniciem vertere. sed Primus ac Varus, occupata Aquileia, proxima quaeque, et Opitergi et Altini laetis

tes: *scil. Flavianas.* 2-o *Quis*: *i. e. quibus;* tak IV 25, 41, 53, 68, V 12, 16.

Vexillarios e cohortibus: *i. e. electos e cohortibus auxiliaribus.*

Unde... vertere. 1-o *Gratia*: *scil. Neronis*; wdzięczność; była *infamis*, jako za czyn haniebny. 2-o *Parata*: tak w rękopisach.

Proxima quaeque: *scil. sunt*; tak do *quaeque* domyślne *sunt* w I 23 *quaeque... turbamenta*, 63 *quaeque... placamenta.* Rękopiśmienne *proxima quaeque* wydawcy rozmaicie przeinaczają, przed *proxima* dodają *per* albo *in*, przekładają *quaeque proxima*, po *quaeque* dodają *vi obtinent*, piszą *occupant Aquilejam ac*, przypuszczają, że po *quaeque* opuszczono parę wyrazów. Wychodzą z fałszywego założenia, jakoby *quaeque*, stanowiąc jeden wyraz, znaczyło „każde, wszystkie“, kiedy owszem składa się z *pron. relat.* „*quae*“ i łącznika „*que*“ (*s. v. si... relinquerentur* I 65). Sens: (*occupatis*)*que iis quae* (*Aquilejae*) *proxima sunt.* Nastręcza się jednak alternatywa insza, by bliskość (*proxima*) odnieść nie do Aquileji ale do Opitergium i Altinum; w jakowym razie przyjąćby należało, nie że *proxima quaeque* zostały *occupata*, ale że Primus i Varus

animis accipiuntur. relictum Altini praesidium adversus classem Ravennatem, nondum defectione eius audita. inde Patavium et Ateste partibus adiunxere. illic cognitum tris Vitellianas cohortes et alam, cui Sebosianae nomen, ad Forum Alieni, ponte iuncto, consedisse. placuit occasio invadendi incuriosos; nam id quoque nuntiabatur. luce prima inermos plerosque oppressere; praedictum, ut, paucis interfectis, ceteros pavore ad mutandam fidem cogerent; et fuere qui se statim dederent, plures abrupto ponte instanti hosti viam abstulerunt.

VII. Vulgata victoria: principia belli secundum Flavianos: datae legiones: septima Galbiana, tertia de-

w nich zostali *laetis animis accepti*, i że *proxima quaeque* stoi przed zamiast po *et Opitergi et Altini*. Byłaby to przekładnia już nie słów ale myśli. Przykładem takiej podwójnej inwersyi IV 11: *enim is libertus*, gdzie *enim* stoi przed zamiast po *is*, a całe zdanie przed zamiast po *malum... expiavit*. Inwersya samej myśli w II 27 *jam... contemptu*, III 39 *ipsa... jactavit*.

Id: *scil. incuriosos esse*.

Praedictum... cogerent: skutkiem tego rozkazu było i *luce... oppressere* i *fuere... dederent*.

Vulgata... veniunt. 1-o Podobna asyndetyczność, malująca szybko następujące fakta, w IV 36: *interim... capit*. Co do następstwa zdań trzymałem się rękopisów. Do *principia... Flavianos* domyślam *data* (*sunt*), wedle *Liv*. XXX 31: (*dei*) *illius belli exitum secundum jus fasque dederunt*, *et hujus dant et dabunt*. Rękopiśmienne *datae* odnoszę do *legiones*: dowódzcy, stojący w Poetovio, oddali swe legie Antoniusowi. Faktycznie łączą się z nim teraz tylko najbliżej stojące, Pannońskie, 7-a *Galb*. i 13-a (*legiones... veniunt*). Z Moesijskich przyjdzie 7-a *Claud*. w c. 9 (*Aponius... advenit*), 3-a i 8-a w c. 10 (*adventu... ducebant*), Dalmacka 11-a w c. 50 (*undecuma... defuissent*). 2-o *Vulgata*: *Liv*. III 34: *vulgatur deinde rumor*. 3-o *Aquila*: pułkownik legii 13-ej (II 74); na czele też 7-ej *Galb*., ponieważ Antonius, jej pułkownik (II 86), był obie wyprzedził.

cuma Gemina cum Vedio Aquila legato Patavium alacres veniunt. ibi pauci dies ad requiem sumpti, et Minucius Iustus, praefectus castrorum legionis septimae, quia adductius quam civili bello imperitabat, subtractus militum irae, ad Vespasianum missus est. desiderata diu res interpretatione gloriaque maius accipitur, postquam Galbae imagines, discordia temporum subversas, in omnibus municipiis recoli iussit Antonius, decorum pro causa ratus, si placere Galbae principatus et partes revirescere crederentur.

VIII. Quaesitum inde, quae sedes bello legeretur. Verona potior visa, patentibus circum campis ad pugnam equestrem, qua praevalebant: simul coloniam copiis validam auferre Vitellio in rem famamque videbatur.

Minucius: należąc do legii 7-ej *Galb.*, był podwładnym Antoniusa; teraz ta legia doszła do swego dowódzcy, Antoniusa; ten go oddala.

Desiderata... crederentur. 1-o Przedstawienie stronnictwa Flavijskiego jako wskrzeszenie (*revirescere*) Galbijskiego, nazwane *decorum pro causa* (*scil. Flaviana*), ponieważ Otho i Vitellius, wedle II 3: *Vitellius... ducebatur*, byli *indecori*. 2-o *Majus*: dodawane *in* niepotrzebnie; przy przymiotnikach *gen. neutrius num. singularis*, gdzieby należało *in* się spodziewać, ono bywa opuszczane; w jakowym razie przymiotniki te przybierają charakter przysłówków; tak II 54 *rapidum*, IV 14 *supremum*, 30 *sublime*, 62 *nimium*. 3-o *Omnibus*: *scil. quibus potiebatur.*

Verona... videbatur. 1-o *Potior*: *scil. quam Aquileja*; wbrew rozkazom Vespasiana a radom Muciana (*quae... monebat*), by wojnę ostanowił w Aquileji. 2-o *Campis*: równiny; tak w V 3 w przeciwieństwie do *rupem*, *Ann.* IV 10 do *jugo*, XII 13 do *montibus*. Aquileja z jednej strony miała morze, z drugiej góry. 3-o *Qua*: *scil. equestri; abl. relationis.* 4-o *Copiis*: *scil. opibus*, bo (niżej) *in... juvere.* 5-o *Auferre*: *i. e. praeoccupare*; tak (niżej) powiedziano o Vicetii *ereptam*, choć była *possessa ipso transitu.* 6-o *In rem*: *i. e. commodum, usum*; tak *Ann.* IV 33. Przy sposobności nie od rzeczy

possessa ipso transitu Vicetia; quod, per se parum, etenim modicae municipio vires, magni momenti locum obtinuit, reputantibus illic Caecinam genitum et patriam hostium duci ereptam. in Veronensibus pretium fuit: exemplo opibusque partes iuvere, et interiectus exercitus Raetiam Iuliasque Alpes, ac ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsaepserat. quae ignara Vespasiano aut vetita: quippe Aquileiae sisti bellum exspectarique Mucianum iubebat, adiciebatque imperio consilium, quando Aegyptus, claustra annonae, vectigalia opulentissimarum provinciarum obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi. eadem Mucianus crebris epistulis monebat, incruentam et sine luctu victoriam et alia huiusce modi praetexendo, sed gloriae avidus atque omne belli decus sibi retinens. ceterum ex distantibus terrarum spatiis consilia post res adferebantur.

IX. Igitur repentino incursu Antonius stationes hostium inrupit, temptatisque levi proelio animis ex

będzie zaznaczyć, że *res* bywa sprawa, przedsięwzięcie, czyn, zwłaszcza wojenny, wojna, dzieje, położenie, okoliczności, stosunki, potęga, majątek, państwo, że *res publica* bywa dobro państwa, państwo, forma rządu republikańska.

Possessa: od *possido*; tak II 12.

Parum: tak w rękopisach (*s. v. abunde* II 95).

In... fuit: *scil. Vitellio ablatis*, wedle (wyżej) *coloniam... videbatur;* tak c. 31: *ubi pretium caedis erat.*

Quae... vetita. 1-o *Quae*: wszystko co się stało od c. 6: *occupata Aquileja.* 2-o *Ignara: i. e. ignota, ignorata;* tak I 64, *Gell.* IX 12: *nescius... dicitur tam is qui nescitur quam qui nescit. Ignarus aeque utroque versum dicitur.*

Stationes... discessum. 1-o *Stationes*: koło Hostilii, bo II 100: *pars... jussae.* 2-o *Temptatis*: wzajem między wojskami.

Castra: dla legii, o których *s. v. ita... jussae.* 2-o II 100.

aequo discessum. mox Caecina inter Hostiliam, vicum Veronensium, et paludes Tartari fluminis castra permuniit, tutus loco, cum terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur. quodsi adfuisset fides, aut opprimi universis Vitellianorum viribus duae legiones, nondum coniuncto Moesico exercitu, potuere, aut retro actae, deserta Italia, turpem fugam conscivissent. sed Caecina per varias moras prima hostibus prodidit tempora belli, dum, quos armis pellere promptum erat, epistulis increpat, donec per nuntios pacta perfidiae firmaret. interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit. legioni tribunus Vipstanus Messalla praeerat, claris maioribus, egregius ipse et qui solus ad id bellum artes bonas attulisset. has ad copias, nequaquam Vitellianis pares, quippe tres adhuc legiones erant, misit epistulas Caecina, temeritatem victa arma tractantium incusans. simul virtus Germanici exercitus laudibus attollebatur, Vitellii modica et vulgari mentione, nulla in Vespasianum contumelia: nihil prorsus, quod aut corrumperet hostem aut terreret. Flavianarum partium duces, omissa prioris fortunae defensione, pro Vespasiano magnifice, pro causa fidenter, de exercitu securi, in Vitellium ut inimici rescripsere, facta tribunis centurionibusque retinendi, quae Vitellius indulsisset, spe; atque

Opprimi... conscivissent. 1-o *Duae*: *scil.* 7-a *Galb.* 13-a (c. 7). 2-o *Moesico exercitu*: legia 7-a *Claud.* przyjdzie niebawem (*interim... advenit*), 3-a i 8-a w c. 10: *adventu... ducebant.* 3-o *Fugam conscivissent*: *Liv.* X 34: *conscisse... fugam.*

Advenit: *scil. Veronam* (cc. 8, 10).

Tribunus: bo półkownik uciekł, wedle II 85: *misso... legatum.*

Has... erant. 1-o *Vitellianis*: *s. v. nec... legionum* c. 1. 2-o *Tres*: 7-a *Galb.* 7-a *Claud.* 13-a (cc. 7, 9).

Rescripsere: domysł wydawców.

ipsum Caecinam non obscure ad transitionem hortabantur. recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod submisse Caecina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemptim, tamquam insultantes Vitellio, scripsissent.

X. Adventu deinde duarum legionum, e quibus tertiam Dillius Aponianus, octavam Numisius Lupus ducebant, ostentare vires et militari vallo Veronam circumdare placuit. forte Galbianae legioni in adversa fronte valli opus cesserat: et visi in procul sociorum equites vanam formidinem ut hostes fecere. rapiuntur arma, et ut proditionis ira militum in Tampium Flavianum incubuit, nullo criminis argumento: sed, iam pridem invisus, turbine quodam ad exitium poscebatur: propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi clamitabant. nec defensioni locus, quamquam supplices manus tenderet, humi plerumque stratus, lacera veste, pectus atque ora singultu quatiens. id ipsum apud infensos incitamentum erat, tamquam nimius pavor conscientiam argueret. obturbabatur militum vocibus Aponius cum loqui coeptaret: fremitu et clamore ceteros aspernabantur: uni Antonio apertae militum aures: namque et facundia aderat mulcendique vulgus artes

Epistulae: Caeciny do Flavian, i tychże do Caeciny.

In procul: tak w rękopisach.

Rapiuntur... argumento. 1-o *Et ut proditionis ira*: tak w rękopisach; nowsi zamieniają na *et metu proditionis*. *Ut*, *i. e. velut*, wykazuje, że *proditio* była urojoną; wiąże się, w charakterze przymiotnika, z *proditionis* (*s. v. namque... mulieris* 2-o V 22). 2-o *Proditionis*: c. 4: *Tampius... credebatur* (*s. v. laeva maris* II 2). 3-o *Argumento*: dowód; tak II 72, V 2. Odpowiednio *arguere* w znaczeniu *argumento probare* poniżej w *argueret*, c. 75, IV 25. O tem *Quint*. V 10.

Stratus... quatiens. 1-o *Stratus*: *reflexivum*. 2-o *Singultu*: *abl. modi*; tak (niżej) *fremitu et clamore*.

et auctoritas. ubi crudescere seditio et a conviciis ac probris ad tela et manus transibant, inici catenas Flaviano iubet. sensit ludibrium miles, disiectisque, qui tribunal tuebantur, extrema vis parabatur. opposuit sinum Antonius stricto ferro, aut militum se manibus aut suis moriturum obtestans, ut quemque notum et aliquo militari decore insignem adspexerat, ad ferendam opem nomine ciens. mox conversus ad signa et bellorum deos, hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam inicerent, orabat, donec fatisceret seditio, et, extremo iam die, sua quisque in tentoria dilaberentur. profectus eadem nocte Flavianus obviis Vespasiani literis discrimini exemptus est.

XI. Legiones, velut tabe infectae, Aponium Saturninum, Moesici exercitus legatum, eo atrocius adgrediuntur, quod non, ut prius, labore et opere fessae, sed medio diei exarserant, vulgatis epistulis, quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur. ut olim virtutis modestiaeque, tunc procacitatis et petulantiae certamen erat, ne minus violenter Aponium quam Flavianum ad

Et (*bellorum*): *explicativum.*

Legiones... credebatur. 1-o *Legiones*: wszystkie tu obecne. 2-o *Moesici... legatum*: *scil. consularem*; dowodem (niżej) *digressu consularium.* Dowód, że wielkorządzcy prowincyi są naczelnymi wodzami wojsk w prowincyi stojących; o czem należy w ciągu całego dzieła pamiętać. 3-o *Labore... fessae*: c. 10: *adventu... placuit.* Co tu, od *legiones* do *concessit*, opisano, dzieje się nazajutrz po sprawach opisanych w c. 10; zakończyły się bowiem (c. 10) *extremo... die.* 4-o *Epistulis*: II 96: *prima... epistulis.*

Certamen. Przedtem Pannońskie wojsko podniosło bunt przeciw Tampiusowi (c. 10: *ira... parabantur*), swemu wielkorządzcy, z pomocą Moesijskiego wojska, teraz Moesijskie, z pomocą Pannońskiego, przeciw Moesijskiemu, Aponiusowi. Pierwszym razem Moesijskie chciało dorównać Pannońskiemu, w drugim chciało sprawić taki sam, jak poprzedni, bunt, a Pannońskie niechciało pozostać w tyle.

supplicium deposcerent. quippe Moesicae legiones, adiutam a se Pannonicorum ultionem referentes, et Pannonici, velut absolverentur aliorum seditione, iterare culpam gaudebant. in hortos, in quibus devertebatur Saturninus, pergunt: nec tam Primus et Aponianus et Messalla, quamquam omni modo nisi, eripuere Saturninum, quam obscuritas latebrarum, quibus occulebatur, vacantium forte balnearum fornacibus abditus. mox, omissis lictoribus, Patavium concessit. digressu consularium uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum fuit, cedentibus collegis et obversis militum studiis: nec deerant, qui crederent, utramque seditionem fraude Antonii coeptam, ut solus bello frueretur.

XII. Ne in Vitellii quidem partibus quietae mentes, exitiosiore discordia: non suspicionibus vulgi, sed perfidia ducum turbabantur. Lucilius Bassus, classis Ra-

Moesicae... gaudebant. 1-o *Ultionem*: za rzekome zdrady Tampiusa (c. 4). 2-o *Iterare*: powtórzeniem winy poprzednią zmazać. Rzecz sztuczna: wczoraj oni przewinili przeciw swemu dowódzcy; dziś drugim pomagają w buncie przeciw ich dowódzcy; więc *iterant culpam;* ale czynią na rzecz drugich, i cudzą winą z własnej się oczyszczają.

Consularium: *scil. Tampii* (c. 10: *profectus... Flavianus*) *et Aponii* (*Patavium... concessit*).

Ne... turbabantur: zapowiedź treści cc. 12—14.

Bassus... adgregaverat. 1-o *Bassus*: II 100: *Bassus... praepositus.* 2-o *Ambiguos... animos: scil. eos milites qui ambigui* (*i. e. dubii pro Vitellio*) *animo erant.* 3-o *Militum*: *scil. classicorum; genit. partitivus*, z pomiędzy żołnierzy. Niewszystkie żołnierskie duchy Bassus stronnictwu Vespasiana *adgregaverat*; bo, prócz (niżej wspomnianych) *defectores*, znajdują się *ceteri ignari*, a, mimo tej *adgregatio*, w prawdzie tylko *pauci*, znajdą się *resistentes.* Że tych *ambigui* była *magna pars*, widać ztąd, że, dla bliższego ich określenia, powiedziano, jako między *milites* znaczna część byli *Delmatae* i *Pannonii, quae provinciae Vespasiano tenebantur* (II 86: *juncti... tenebant*). 4-o *Animos:* uczucia, życzliwość. Czynny przystęp zacz-

vennatis praefectus, ambiguos militum animos, quod magna pars Delmatae Pannoniique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius adgregaverat. nox proditioni electa, ut, ceteris ignaris, soli in principia defectores coirent. Bassus, pudore seu metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. trierarchi magno tumultu Vitellii imagines invadunt, et, paucis resistentium obtruncatis, ceterum vulgus rerum novarum studio in Vespasianum inclinabat. tum progressus Lucilius auctorem se palam praebet, classis Cornelium Fuscum praefectum sibi destinat, qui propere adcucurrit. Bassus, honorata custodia liburnicis navibus Atriam pervectus, a praefecto alae, Vivennio Rufino, praesidium illic agitante, vincitur; sed exsoluta statim vincula interventu Hormi, Caesaris liberti: is quoque inter duces habebatur.

XIII. At Caecina, defectione classis vulgata, pri-

nie się, gdy na okólnik się zejdą. 5-o *Quod... tenebantur:* nawias; odnosi się do domyślnego *magna pars militum animo ambigui erant.* 6-o *Adgregaverat: plusqperf.*, bo czynność Bassusa miała miejsce, nim *noctem proditioni elegit.* Działo się w Ravennie.

Trierarchi... inclinabat. 1-o *Imagines:* stały *in principiis castrorum.* 2-o *Paucis... resistentium: scil. qui restiterant omnes obtruncati sunt, sed pauci erant*; więc *pauci* są identyczni z *resistentes.* Tak II 22 *paucis equitum*, III 61 *paucos repugnantium*, 73 *pauci... virorum.* Podobnie *genitivus* bywa pozornie *partitivus*, w gruncie oznacza przedmiot z innym identyczny, w II 11 *speculatorum... corpora*, 33 *praetoriarum... manus*, 70 *pars... viae*, 82 *angusta... viarum*, IV 15 *viribus cohortium;* szczególnie w połączeniu z *robur;* tak I 87 *robur exercitus*, III 1 *exercitus robora*, IV 14 *robur peditum equitumque*, 22 *robore Batavorum.*

Auctorem: *scil. transeundi in partes Flavianas.*

Caecina... vocat. 1-o *Caecina*: c. 9: *inter... Tartari.* 2-o *Secreta: scil. loca;* tam rozsyła *ceteros.*

mores centurionum et paucos militum, ceteris per militiae munera dispersis, secreta castrorum adfectans, in principia vocat. ibi Vespasiani virtutem viresque partium extollit, et transfugisse classem, in arto commeatum, adversas Gallias Hispaniasque, nihil in urbe fidum, atque omnia de Vitellio in deterius. mox, incipientibus, qui conscii aderant, ceteros, re nova attonitos, in verba Vespasiani adigit; simul Vitelli imagines dereptae, et missi, qui Antonio nuntiarent. sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles praescriptum Vespasiani nomen, proiectas Vitelli effigies adspexit, vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt: huc cecidisse Germanici exercitus gloriam, ut, sine proelio, sine vulnere, vinctas manus et capta traderent arma? — quas enim ex diverso legiones? nempe victas! et abesse unicum Othoniani exercitus robur, primanos

Et: *scil. dicit;* tak *Ann.* XV 54: *metum intentabat, multosque adstitisse.*

Antonio: w Veronie.

Vulnere: *i. e. pernicie, damno;* tak I 53, III 56, V 24.

Quas... fore. 1-o Stylistyczny związek taki: a., *quas... straverintque:* nawias; b., *ut armatorum... darentur*: współrzędne z *ut sine... arma;* drugie *ut* jest anaphorą pierwszego; oba odnoszą się do *huc cecidisse;* c., *armatorum milia*: appozycya do domyślnego podmiotu *ipsi* (*Vitelliani*), który też do *darentur* jest domyślny. 2-o *Enim*: uzasadnia oburzenie, wyrażone w poprzedniem pytaniu. 3-o *Unicum... quartadecumanosque:* jedyni Othona legionowi żołnierze, pierwszacy w Hiszpanii (II 67), czternastacy w Britannii (II 66); zresztą pretoryanie, gladiatorzy, *classici*, *cohortes* i *alae auxiliares* i t. p. 4-o *Isdem... campis:* między Hostilią a Cremoną, w pobliżu Bedriacum. 5-o *Fuderint*: II 43: *inpulit... quartadecumani.* 6-o *Venalium*: *i. e. servorum; Quint.* VIII 20 określa przez *novitii;* mniej warci, ponieważ mniej roku służyli (*Dig.* XXXIX 4, 16 § 3). 7-o *Exuli*: II 86: *falsi damnatus.* 8-o *Octo*: *s. v. nec... legionum* c. 1. 9-o *Unius*: *scil. Ravennatis.*

quartadecumanosque, quos tamen isdem illis campis fuderint straverintque! — ut, armatorum milia, velut grex venalium exuli Antonio donum darentur? octo nimirum legiones unius classis accessionem fore? id Basso, id Caecinae visum, postquam domos hortos opes principi abstulerint, etiam auferre militem? integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles, quid dicturos reposcentibus aut prospera aut adversa?

XIV. Haec singuli, haec universi, ut quemque dolor inpulerat, vociferantes, initio a quinta legione orto, repositis Vitellii imaginibus, vincla Caecinae iniciunt, Fabium Fabullum, quintae legionis legatum, et Cassium Longum, praefectum castrorum, duces deligunt, forte oblatos trium liburnicarum milites, ignaros et insontes, trucidant, relictis castris, abrupto ponte Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci iungerentur, quas Caecina ad obtinendam Cremonam cum parte equitum praemiserat.

XV. Ubi haec comperta Antonio, discordes animis, discretos viribus hostium exercitus adgredi statuit, antequam ducibus auctoritas, militi obsequium et iunctis legionibus fiducia rediret. namque Fabium Valentem profectum ab urbe adceleraturumque cognita Caecinae

Postquam... militem. 1-o *Abstulerint:* II 92: *invaserant... imperii.* 2-o *Etiam... militem:* tekst niepewny.

Reposcentibus: scil. rationem si qui reposcerent.

Relictis... praemiserat. 1-o *Castris:* c. 9: *inter... Tartari.* 2-o *Ponte:* na rzece Tartarus. 3-o *Pergunt:* legie 1-a *Germ.* 4-a 5-a 15-a 16-a 22-a (s. v. *ita... iussae* 2-o II 100). 4-o *Rursus:* w c. 9 Caecina (wyszedłszy z Hostilii) na czele tychże legii między Hostilią a *paludes Tartari* obóz obwarował. 5-o *Primae... Rapaci:* z Rzymu poszły do Cremony (II 100). 6-o *Cum... equitum:* II 100: *partem... praemisit.*

proditione coniectabat, et fidus Vitellio Fabius nec militiae ignarus. simul ingens Germanorum vis per Raetiam timebatur, et Britannia Galliaque et Hispania auxilia Vitellius acciverat, immensam belli luem, ni Antonius, id ipsum metuens, festinato proelio victoriam praecepisset. universo cum exercitu secundis a Verona castris Bedriacum venit: postero die legionibus ad muniendum retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missae, ut, specie parandarum copiarum, civili praeda miles! inbuerentur; ipse cum quattuor milibus equitum ad octavum a Bedriaco progressus, quo licentius popularentur: exploratores, ut mos est, longius curabant.

XVI. Quinta ferme hora diei erat, cum citus eques, adventare hostes, praegredi paucos, motum fremitumque late audiri, nuntiavit. dum Antonius, quidnam agendum, consultat, aviditate navandae operae Arrius Varus cum

Luem: powódź; *Sil.* V 107: *quum tanta lues vulgusque tremendum ingrueret.*

Universo... venit. 1-o *Universo*: legie 3-a 7-a *Galb.* 7-a *Claud.* 8-a 13-a. 2-o *Castrorum*: dni marszu.

Civili... inbuerentur. 1-o *Civili... praeda*: w przeciwieństwie do *parandarum copiarum*, t. j. do *militaris praeda*, jest zwyczajny rabunek. *Praeda*, nawet bez „*civilis*" miewa to znaczenie, np. w II 84, III 49. 2-o *Miles*: appozycya do *cohortes*; wykrzyknik oburzenia; obciążenie winy, że tym *miles* były *auxiliares cohortes*, z narodów podbitych. Takiż wykrzyknik w *nominativus singularis*, rządzący pozornie czasownikiem wyrażonym w liczbie mnogiej, w IV 57: *romanus... jurarent.* Z pozoru tego bywa *inbuerentur* zamieniane na *inbueretur*, albo *miles* na *milites*, zaś w IV 57 *romanus exercitus* na *romani exercitus*, albo *romano exercitui.*

Popularentur: *scil. auxiliares cohortes.*

Curabant: scil. munere suo fungebantur; tak w rękopisach; tak samo *absolute* w *Ann.* XI 22, *Sal. Iug.* 57: *legatis imperat, ubi quisque curarent.*

Quinta... nuntiavit. 1-o *Quinta(...) diei:* 11-a rano. 2-o *Hostes:* którzy w c. 14 *Cremonam pergunt.*

Varus... caede. 1-o *Equitum*:

promptissimis equitum prorupit, inpulitque Vitellianos, modica caede; nam plurium adcursu versa fortuna et acerrimus quisque sequentium fugae ultimus erat. nec sponte Antonii properatum, et fore, quae acciderant, rebatur. hortatus suos, ut magno animo capesserent pugnam, diductis in latera turmis vacuum medio relinquit iter, quo Varum equitesque eius reciperet; iussae armari legiones, datum per agros signum, ut, qua cuique proximum, amissa praeda, proelio occurrerent. pavidus interim Varus turbae suorum miscetur, intulitque formidinem: pulsi cum sauciis integri... angustiis viarum conflictabantur.

XVII. Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortissimi militis officium omisit, occursare paventibus, retinere cedentes, ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio manu voce insignis hosti, conspicuus suis. eo postremo ardoris provectus est, ut vexillarium fugientem hasta transverberaret, mox raptum vexillum in hostem vertit. quo pudore haud plures quam centum equites restitere: iuvit locus, artiore illic via et

z 4000 *equitum* (c. 15). 2-o *Vitellianos:* o nich *praegredi paucos.* 3-o *Caede: scil. Vitellianorum.*

Nam... erat. 1-o *Nam:* odnosi się do *modica caede.* 2-o *Plurium*: *scil. Vitellianorum*, w porównaniu z *paucos*. 3-o *Sequentium*: *scil. Flavianorum equitum a Varo ductorum.* 4-o *Fugae ultimus*: najdalej, *ultra omnes*, uciekł.

Hortatus... occurrerent. 1-o *Suos*: którzy z 4000 *equitum* przy nim zostali. 2-o *Turmis:* które z Antoniusem *ad octavum a Bedriaco* (c. 15) postąpiły. 3-o *Legiones*: 3-ą 7-a *Galb.* 7-a *Claud.* 8-a 13-a; stoją w Bedriacum (c. 15: *legionibus... retentis*). 4-o *Amissa:* z utratą łupu już zdobytego; tak w rękopisach.

Aliqua: domysł wydawców, zamiast rękopiśmiennego *aliquo.*

Haud... restitere. 1-o *Haud... centum:* z 4000 (c. 15). 2-o *Restitere:* przystanęli; tak II 87, III 12, 29, 77.

Iuvit... impediebat. 1-o *Interfluentis: scil. inter pontem;* nie

fracto interfluent s rivi ponte, qui incerto alveo et praecipitibus ripis fugam impediebat. ea necessitas seu fortuna lapsas iam partes restituit: firmati inter se densis ordinibus excipiunt Vitellianos temere effusos, atque illi consternantur. Antonius instare perculsis, sternere obvios, simul ceteri, ut cuique ingenium, spoliare capere, arma equosque abripere: et exciti prospero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriae se miscebant.

XVIII. Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa, Rapacis atque Italicae, laeto inter initia equitum suorum proelio illuc usque provecta: sed ubi fortuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obviam ire ultroque adgredi hostem, tantum per spatium cursu et pugnando fessum.... haud perinde rebus prosperis ducem desideraverant, atque

inter Vitellianos Flavianosque, bo załamanie się mostu wstrzymało ucieczkę Flavian, nie pogoń Vitellian. Na gościńcu Postumijskim, w kierunku od Cremony ku Bedriacum, najbliżej Cremony byli ścigający Vitellianie, pośrodku uciekający Flavianie, najbliżej od Bedriacum Antonius, który ucieczki Flavian wstrzymać nie zdołał, wreszcie z tyłu, za Antoniusem, załamany most, który przecież ją wstrzymał. 2-o *Qui: scil. rivus.* 3-o *Incerto*: nieprzedstawiający twardego, bezpiecznego gruntu.

Necessitas: zła dola, nieszczęście; tak II 4, IV 44; w przeciwieństwie do *fortuna* (*scil. prospera*).

Firmati... consternantur. 1-o *Firmati: reflexivum.* 2-o *Atque: i. e. statim;* tak I 82, II 53, IV 82, V 3; *Gell.* X 29: *pro alio quoque adverbio dicitur, id est „statim"*.

Sed... victi. 1-o *Fortuna... fuit*: *scil. Vitellianis* (c. 17: *fortuna... miscebant*). 2-o *Non laxare... adgredi:* odnosi się do legii 21-ej i 1-ej *Ital.*; także (niżej) *desideraverant... intellegebant.* 3-o *Non:* odnosi się do *ultroque adgredi.* 4-o *Tantum per spatium:* dziś z Bedriacum postąpił 8 mil (c. 15); zaś legie 21-a i 1-a *Ital.* posunęły się o 4 mile od Cremony (*ad... lapidem*).

Atque... intellegebant. 1-o *Atque: i. e. ac*; porównawcze: odpowia-

in adversis deesse intellegebant: nutantem aciem victor equitatus incursat et Vipstanus Messalla tribunus cum Moesicis auxiliaribus adsequitur, quos militiae legionariis quamquam raptim ductos aequabant: ita mixtus pedes equesque rupere legionum agmen, et propinqua Cremonensium moenia, quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant. nec Antonius ultra institit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps proelii fortuna, quamvis prospero fine, equites equosque adflictaverat.

XIX. Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit: utque cumulos super et recentia caede vestigia incessere, quasi debellatum foret, pergere Cremonam et victos in deditionem accipere aut

da poprzedniemu *perinde*. 2-o *Deesse*: Caecina od dowództwa odsunięty (c. 14); Valens jeszcze w c. 40 będzie w drodze z Rzymu do Cremony.

Nutantem... aequabant. 1-o *Aciem: scil. legionum Rapacis et Italicae*. 2-o *Victor equitatus: scil. quattuor milia equitum* (c. 15); c. 17: *ea... miscebant*. 3-o *Vipstanus:* dowódzca legii 7-ej *Claud.*; przychodzi z Bedriacum, bo *jussae armari legiones* (c. 16). 4-o *Moesicis auxiliaribus:* jako prowadzeni przez Vipstanusa należą do legii 7-ej *Claud.* (c. 9: *legione... praeerat*). 5-o *Militiae: scil. milites;* tak w rękopisach. tak *Iustin.* XXXII 2: *omnis militia interficitur*. 6-o *Ductos*: *scil. ad bellum*; byli mieszkańcami Moesyi, powołanymi raptem na wojnę (c. 5: *cum... celeraret*), bez zostawionego im czasu na wyćwiczenie się (II 85: *adcelerata... partes*). 7-o *Legionariis: dativus*, zależny od *aequabant*, które oznacza, że wojska stawiały posiłkowców na równi w ogóle z legionistami.

Rupere... dabant. 1-o *Legionum*: 21-ej i 1-ej *Ital.*. 2-o *Propinqua:* odległe o 4 mile. 3-o *Dabant*: *scil. legionibus*.

Robur advenit. Dotychczas walczyły *auxiliares cohortes*, 4000 *equitum*, i *Moesici auxiliares*. Teraz nadeszły (z Bedriacum) legie 7-a *Galb.* 13-a 3-a 8-a 7-a *Claud.*.

Victos... deposcunt. 1-o *Victos:* legie 21-a i 1-a *Ital.;* dotychczas tylko *ruptum legionum agmen* (c. 18); jeźli zwyciężą. 2-o

expugnare deposcunt. haec in medio, pulchra dictu: illa sibi quisque, posse coloniam plano sitam impetu capi: idem audaciae per tenebras inrumpentibus et maiorem rapiendi licentiam: quodsi lucem opperiantur, iam pacem, iam preces, et pro labore et vulneribus clementiam et gloriam, inania, laturos; sed opes Cremonensium in sinu praefectorum legatorumque fore: expugnatae urbis praedam ad militem, deditae ad duces pertinere, spernuntur centuriones tribunique, ac, ne vox cuiusquam audiatur, quatiunt arma, rupturi imperium, ni ducantur.

XX. Tum Antonius, inserens se manipulis, ubi adspectu et auctoritate silentium fecerat, non se decus neque pretium eripere tam bene meritis, adfirmabat: sed divisa inter exercitum ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi convenire, duces providendo, consultando, cunctatione saepius quam temeritate prodesse: ut pro virili portione armis ac manu victoriam iuverit, ratione et consilio, propriis ducis artibus, profuturum; neque enim ambigua esse, quae occurrant, noctem et ignotae situm urbis, intus hostes et cuncta insidiis opportuna: non, si pateant portae, nisi explorato, nisi die intrandum: an obpugnationem inchoaturos, adempto omni prospectu, quis aequus locus, quanta altitudo moenium, tormentisne et telis, an operibus et vineis adgredienda urbs foret. mox, conversus ad singulos, num

Aut: jeżli nie zwyciężą w otwartem polu, to chcą zdobyć Cremonę.

Iam pacem iam preces: i. e. jam pacis preces; tak *clementiam et gloriam* jest *clementiae gloriam.*

Quatiunt: domysł wydawców, zamiast rękopiśmiennego *quatiuntur.*

Pro... portione: i. e. pro ea parte officii quae cuique viro incumbit.

secures dolabrasque et cetera expugnandis urbibus secum attulissent, rogitabat, et, cum abnuerent, gladiisne, inquit, et pilis perfringere ac subruere muros ullae manus possunt? si aggerem struere, si pluteis cratibusve protegi necesse fuerit, ut vulgus inprovidum inriti stabimus, altitudinem turrium et aliena munimenta mirantes? quin potius mora noctis unius advectis tormentis machinisque, vim victoriamque nobiscum ferimus? simul lixas calonesque cum recentissimis equitum Bedriacum mittit, copias ceteraque usui adlaturos.

XXI. Id vero aegre tolerante milite prope seditionem ventum, cum progressi equites sub ipsa moenia vagos e Cremonensibus corripiunt; quorum indicio noscitur sex Vitellianas legiones omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat, eo ipso die triginta milia passuum emensum, comperta suorum clade in proelium accingi ac iam adfore. is terror obstructas mentes consiliis ducis aperuit. sistere tertiam decumam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet: cui iuncta a laevo septima Galbiana patenti campo stetit, dein septima Claudiana agresti fossa, ita locus erat, praemunita, dextro octava per apertum limitem, mox tertia densis arbustis intersaepta. hic aquilarum signorumque ordo: milites mixti, per te-

Calonesque... adlaturos. 1-o *Recentissimis*: którzy przyszli *inumbrante vespera* (c. 19). 2-o *Bedriacum:* tam obóz i zapasy (c. 15). 3-o *Usui*: odnosi się do *cetera.*

Sex... egerat. 1-o *Legiones:* 1-a *Germ.* 4-a 5-a 15-a 16-a 22-a. 2-o (*Omnem*) *que*: *explicativum.*

Tertia: domysł wydawców zamiast rękopiśmiennego *tertia decuma;* słuszny, gdyż 13-a w rękopisie dwa razy wymieniona, tu i powyżej jako *tertiam decumam, tertia* wcale, choć z następnego *tertianis*, też z c. 24 *tertianos,* 27 *tertiani*, 29 *tertianus,* wypływa, że w rozstawie i bitwie miała udział.

nebras, ut fors tulerat; praetorianum vexillum proximum tertianis, cohortes auxiliorum in cornibus, latera ac terga equite circumdata, Sido atque Italicus Suebi cum delectis popularium primori in acie versabantur.

XXII. At Vitellianus exercitus, cui adquiescere Cremonae et reciperatis cibo somnoque viribus confectum algore atque inedia hostem postera die profligare ac proruere ratio fuit, indigus rectoris, inops consilii, tertia ferme noctis hora paratis iam dispositisque Flavianis inpingitur. ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras adseverare non ausim, quamquam alii tradiderint quartam Macedonicam dextro suorum cornu, quintam et quintam decumam cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum legionum mediam aciem, sextadecumanos duoetvicensimanosque et primanos laevum cornu complesse. Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant, eques auxiliaque sibi ipsi locum legere. proelium tota nocte varium anceps atrox, his rursus illis exitiabile. nihil animus aut manus, ne oculi quidem provisu iuvabant: eadem utraque acie arma, crebris interrogationibus notum pugnae signum, permixta vexilla, ut quisque globus capta ex hostibus huc vel illuc raptabat. urguebatur maxime septima legio nuper a Galba conscripta: occisi sex pri-

Vitellionus... inpingitur. 1-o *Exercitus:* prócz legii 21-ej i 1-ej *Ital.*. 2-o *Inedia*: Antonius dopiero posłał po *copiae* (c. 20). 3-o *Indigus rectoris: s. v. atque... intellegebant* 2-o c. 18. 4-o *Tertia... noctis*: dziewiąta wieczór.

Quartam... complesse. 1-o *Dextro:* tak w rękopisach. 2-o *Mediam aciem*: miejsce gdzie wypadało szyk środkowy ustawić; tak *laevum cornu*, IV 33 *media*, 77 *dextro cornu*, V 16 *frontem.*

Rapaces atque Italici: w c. 18 zostawiliśmy ich o 4 mile od Cremony.

Permixta... raptabat: Flavianie mieli ujęte sztandary Vitellijskie; więc po obu stronach były obustronne sztandary.

morum ordinum centuriones, abrepta quaedam signa: ipsam aquilam Atilius Verus, primi pili centurio, multa cum hostium strage et ad extremum, moriens, servaverat.

XXIII. Sustinuit labentem aciem Antonius accitis praetorainis, qui, ubi excepere pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur: namque Vitelliani tormenta in aggerem viae contulerant, ut tela vacuo atque aperto exuterentur, dispersa primo et arbustis sine hostium noxa inlisa. magnitudine eximia quintae decumae legionis ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat, lateque cladem intulisset, ni duo milites, praeclarum facinus ausi, arreptis e strage scutis ignorati, vincla ac libramenta tormentorum abscidissent. statim confossi sunt, eoque intercidere nomina: de facto haud ambigitur. neutro inclinaverat fortuna, donec, adulta nocte, luna surgens ostenderet acies falleretque, sed Flavianis aequior, a tergo: hinc maiores equorum virorumque umbrae, et falso ut in corpora ictu tela hostium citra cadebant: Vitelliani adverso lumine conlucentes velut ex occulto iaculantibus incauti offerebantur.

XXIV. Igitur Antonius, ubi noscere suos noscique

Labentem: tak w rękopisach; tak c. 17.

Praetorianis: c. 21: *praetorianum vexillum.*

Namque: odnosi się tylko do *pelluntur*.

Quintae decumae: poprawka wydawców, zamiast rękopiśmiennego *quartae decumae*. Że nie 14-a, rzecz pewna (c. 13: *abesse... quartadecumanosque*). Oprócz 16-ej (c. 22) żadnej inszej Vitellijskiej niebyło, któréjby liczba była objęta między 10-ą a 20-ą, któraby więc mogła dać przepisywaczowi powód do pomyłki; 16-a zaś stała (c. 22) na środku.

Hinc... cadebant. 1-o *Equorum virorumque: scil. Flavianorum.* 2-o *In corpora*: *scil. Flavianorum;* nacisk na *in*, w przeciwieństwie do *citra*. 3-o *Hostium*: *scil. Vitellianorum.*

Igitur... interrogabat. 1-o *Igi-*

poterat, alios pudore et probris, multos laude et hortatu, omnes spe promissisque accendens, cur resumpsissent arma, Pannonicas legiones interrogabat: illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominiae, ubi reciperare gloriam possent. tum, ad Moesicos conversus, principes auctoresque belli ciebat: frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent. haec ut quosque accesserat; plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent. mox, infensus, praetorianis „vos" inquit, „nisi vincitis, pagani, quis alius imperator, quae castra alia excipient? illic signa armaque vestra sunt! et mors victis! nam ignominiam consumpsistis". undique clamor, et orientem solem, ita in Suria mos est, tertani salutavere.

XXV. Vagus inde, an consilio ducis subditus, rumor, advenisse Mucianum, exercitus in vicem salutasse. gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie, ut quos, nullo rectore, suus quemque impetus vel pavor contraheret duceretve. postquam pulsos sensit Antonius, denso agmine obtur-

tur: ze względu na *luna surgens* (c. 23). 2-o *Cur resumpsissent*: domysł wydawców. 3-o *Illos... possent:* stosuje się do legii 13-ej, o której II 43: *propulsa... legio.*

Principes auctoresque: *i. e. primos auctores* (II 85: *Aquilejam... erant*); tak *principes* w IV 67.

Armenios... Sarmatas: I 79, *Ann.* XV 26.

Mors victis: II 44: *neque... vertuntur.*

Ignominiam consumpsistis: *Sil. Ital.* XI 34: *consumptusque pudor.*

Orientem... salutavere. 1-o *Orientem solem:* bitwa nocna, wschód księżyca, przemowy wodza, zapał żołnierzy, pokłon wschodzącemu słońcu, obraz wspaniały. Do końca c. 33 tensam dzień. 2-o *Tertiani:* przybyli z Syryi (II 74).

Pulsos: i. e. perculsos animo; *Cic. off.* III 10: *species utilitatis animum pepulit.*

babat, laxati ordines abrumpuntur, nec restitui quivere, inpedientibus vehiculis tormentisque. per limitem viae sparguntur festinatione consectandi victores. eo notabilior caedes fuit, quia filius patrem interfecit. rem nominaque auctore Vipstano Messalla tradam. Iulius Mansuetus, ex Hispania Rapaci legioni additus, inpubem filium domi liquerat. is, mox adultus, inter septimanos a Galba conscriptus, oblatum forte patrem et vulnere stratum dum semianimem scrutatur, adgnitus adgnoscensque et exsanguem amplexus, voce flebili precabatur placatos patris manes, neve se ut parricidam adversarentur: publicum id facinus; et unum militem quotam civilium armorum partem? simul attollere corpus, aperire humum, supremo erga parentem officio fungi. advertere proximi, deinde plures: hinc per omnem aciem miraculum et questus et saevissimi belli exsecratio. nec eo segnius propinquos adfinis fratres trucidatos spoliant; factum esse scelus loquuntur, faciuntque.

XXVI. Ut Cremonam venere, novum immensumque opus occurrit. Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumiecerat, eaque munimenta rursus auxerat: quorum adspectu haesere victores, incertis ducibus, quid iuberent: incipere obpugnationem fesso per diem noctemque exer-

Is... adversarentur. 1-o *Scrutatur: scil. spoliandi causa.* 2-o *Exsanguem:* trupa; dowodem *manes;* tak II 22, III 27. 3-o *Placatos: scil. ut placarentur.* 4-o *Neve*: odpowiadające domyślnemu *ut* (*placarentur*); podobnie *Ann.* III 63, XVI 34.

Quotam: scil. quam parvam; tak V 25.

Novum... occurrit. 1-o *Novum: i. e. magnum mirandum;* tak c. 30; tak tłomaczy Servius *Verg. ecl.* III 86: *Pollio et ipse facit nova carmina.* 2-o *Opus:* wielka budowla; tak II 21, III 72 (*bis*), IV 22, 23, 53, V II.

Rursus: za powtórnym teraz pobytem.

citu arduum et, nullo iuxta subsidio, anceps: sin Bedriacum redirent, intolerandus tam longi itineris labor, et victoria ad inritum revolvebatur: munire castra, id quoque, propinquis hostibus, formidolosum, ne dispersos et opus molientes subita eruptione turbarent. quae super cuncta terrebat ipsorum miles, periculi quam morae patientior: quippe ingrata, quae tuta, ex temeritate spes, omnisque caedes et vulnera et sanguis aviditate praedae pensabantur.

XXVII. [Huc inclinavit Antonius, cingique vallum corona iussit. primo sagittis saxisque eminus certabant, maiore Flavianorum pernicie, in quos tela desuper librabantur; mox vallum portasque legionibus attribuit, ut discretus labor fortes ignavosque distingueret atque ipsa contentione decoris accenderentur. proxima Bedriacensi viae tertiani septimanique sumpsere, dexteriora valli octava ac septima Claudiana; tertiadecumanos ad Brixianam portam impetus tulit. paulum inde morae, dum ex proximis agris ligones dolabras et alii falces scalasque convectant: tum elatis super capita scutis densa testudine succedunt. Romanae utrimque artes: pondera saxorum

Nullo... subsidio: bo c. 19: *universum... advenit.*

Intolerandus... revolvebatur: oratio recta wtrącona w *obliqua*, maluje widok następstw ewentualnego powrotu do Bedriacum, tak koniecznych, iż przedstawione są jako równoczesne z główną czynnością, t. j. z *haesere.* Tak *or. recta* wtrącona w *obliqua* w I 33 (*bis*), 86, II 37, 85, III 38, 40, 70, 78, IV 4, 16, 19, V 4, 17, z nią przeplatana w IV 83 *Ptolemaeo* aż do c. 84 *circumsedere.*

Ingrata: *scil. militi;* niedają zysku, plonu.

Huc... jussit. 1-o *Huc: scil. ad incipiendam obpugnationem.* 2-o *Vallum: scil. castris circumjectum.* 3-o *Corona*: wojskiem wokół wału ustawionem; tak *Caes. b. g.* VII 72.

Septimani: scil. Galbiani.

Vitelliani provolvunt, disiectam fluvitantemque testudinem lanceis contisque scrutantur, donec, soluta compage scutorum, exsangues aut laceros prosternerent multa cum strage. incesserat cunctatio, ni duces fesso militi et, velut inritas, exhortationes abnuenti Cremonam monstrassent.

XXVIII. Hormne id ingenium, ut Messalla tradit,

Fluvitantem: tak w rękopisach; tak II 34.

Ni... monstrassent. 1-o *Velut irritas:* jako, gdyby ich usłuchali, bezskuteczne, płonne. 2-o *Monstrassent: scil. ad exitium;* tak w I 88, z wyrażonem *ad exitium* w IV 41.

Hormine... degeneravere. 1-o *Hormine:* c. 12. 2-o *Ingenium*: pomysł; podobnie IV 32, V 13; *Plin. pan.* 49*: exquisita ingenia coenarum*. 3-o *Nisi quod:* ale, jednak*;* tak I 64, III 15, 27, 46, 81, IV 39; zaprzecza wyrazom *haud... discreverim*, i znaczy *sed discerno neque Antonium... degeneravisse*. 4-o *Fama vitaque: i. e. famosa vita*; hendiadys. Figury tej rozeznaję trzy rodzaje. Ma tę właściwość, że po logicznem dwóch rzeczowników, równorzędnie z sobą złączonych, ściągnięciu w jedno pojęcie, jeden z nich powinienby przybrać formę a , przymiotnika; tak tu, w I 7 *crimen ac dolum*, 52 *sordem et avaritiam*, II 22 *armis virisque*, 88 *terrore et*(...) *catervis*, III 7 *interpretatione gloriaque*, 52 *belli gloriaeque*, 54 *spes viresque*, 69 *jus auspiciumque*; b., genitivu; tak I 25 *pretio et promissis*, 36 *agmine et corporibus*, 50 *pars et cura*, II 19 *metum ac discrimen*, 23 *scelere ac metu*, 55 *lauru ac floribus*, 62 *labore ac virtute*, 68 *disciplinae et castris*, III 19 *jam pacem jam preces*, i *clementiam et gloriam*, 20 *adspectu et auctoritate*, IV 21 *praedam famamque*, 30 *peritia et arte*, 58 *fides famaque*, 60 *miseriarum patientiaeque*, 62 *rubore et infamia*, 63 *opulentia auctuque*, 64 *lucem diemque*, 68 *vim atque arma*, 69 *reverentia fideque*, i *periculo ac metu*, 72 *pudor ac dedecus*, V 1 *comitate et adloquiis*, 12 *multitudine et armis*; c., o rodzaju trzecim *s. v. terroribus aut morte* II 13. 5-o *Fama* i *vita* są dotychczasowe. Podobnie *Liv.* XXXVIII 56*: quod degeneravit tantum a se ipse*, o Scypionie, że pewnym uczynkiem stał się niepodobnym sobie, takiemu jakim był przedtem. 6-o *Flagitio:* jeśli jeden albo drugi owo *fla-*

an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim, nisi quod neque Antonius neque Hormus a fama vitaque sua quamvis pessimo flagitio degeneravere. non iam sanguis neque vulnera morabantur, quin subruerent vallum quaterentque portas, innixi umeris, et, super iteratam testudinem scandentes, prensarent hostium tela brachiaque. integri cum sauciis, semineces cum exspirantibus volvuntur, varia pereuntium forma et omni imagine mortium.

XXIX. Acerrimum tertiae septimaeque legionum certamen: et dux Antonius cum delectis auxiliaribus eodem incubuerat. obstinatos inter se cum sustinere Vitelliani nequirent et superiacta tela testudine laberentur, ipsam postremo ballistam in subeuntes propulere, quae, ut ad praesens disiecit obruitque, quos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruina sua traxit; simul iuncta turris ictibus saxorum cessit: qua septimani dum nituntur cuneis, tertianus securibus gladiisque portam perfregit. primum inrupisse C. Volusium, tertiae legionis militem, inter omnes auctores constat. is, in vallum egressus, deturbatis, qui restiterant, conspicuus manu ac voce, capta castra conclamavit; ceteri, trepidis iam Vitellianis seque

gitium popełnił. 7-o *Degeneravere*: tak II 62, *G.* 42, 45: *a servitute degenerant.*

Innixi... umeris: scil. suis in portas; *ablativus*; odnosi się do *quaterent portas*; *Ov. hal.* 11: *obnixa fronte...*

Imagine: *i. e. specie, quae mente percipitur*; podobnie I 44, IV 58.

Tertiae septimaeque (*scil. Galbianae*): stały obok siebie (c. 27).

Eodem: c. 28: *quin... brachiaque.*

Ballistam... traxit. 1-o *Ballistam*: z niej *superjacta tela;* insza niż w c. 23. 2-o *Ac*: *explicativum.*

Septimani: *scil. Galbiani.*

Inrupisse: *scil. in castra moenibus Cremonensium circumjecta* (c. 27).

Voce: do *conspicuus* odnosi się zeugmą.

Ceteri... fuit. 1-o *Praecipitan-*

e vallo praecipitantibus, perrupere. completur caede, quantum inter castra murosque vacui fuit.

XXX. Ac rursus nova laborum facies: ardua urbis moenia, saxeae turres, ferrati portarum obices, vibrans tela miles. frequens obstrictusque Vitellianis partibus Cremonensis populus, magna pars Italiae stato in eosdem dies mercatu congregata, quod defensoribus auxilium ob multitudinem, obpugnantibus incitamentum ob praedam erat. rapi ignes Antonius inferrique amoenissimis extra urbem aedificiis iubet, si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. propinqua muris tecta et altitudinem moenium egressa fortissimo quoque militum complet; illi trabibus tegulisque et facibus propugnatores deturbant.

XXXI. Iam legiones in testudinem glomerabantur

tibus: do środka obozu. 2-o *Perrupere*: *intransitivum*. 3-o *Inter... murosque: scil. inter vallum castrorum murosque Cremonae.*

Frequens... erat. 1-o *Facies:* z natury swej jest czemciś zewnętrznem, co nazywamy obliczem, dla istoty, względem której to coś nazwane jest *facies*, widzialnem. Owóż *frequens... congregata* jest wewnątrz miasta, za murami, dla Flavian, stojących przed murami, niewidzialna; niemoże więc podchodzić pod pojęcie wyrazu *facies*. Ztąd wniosek, że od *frequens* zaczyna się nowe zdanie. Jest do tego drugi powód, mianowicie, że *ardua... miles* niemoże być nazwane *obpugnantibus... praedam*, więc niemoże z niem jednego zdania stanowić. 2-o *Stato: i. e. certo tempore recurrenti.* 3-o *Mercatu:* takiż *dativus* na *u* w I 11 *aditu*, 40 *prospectu*, 90 *usu*, II 33 *suspectu*, 71 *luxu*, III 22 *provisu*, V 23 *metu*. 4-o *Ob*: względnie do *multitudinem* jest *causale* (tak I 88 *ob crimen*), do *praedam* zaś *finale* (tak I 63 *ob praedam*).

Muris: identyczne z następnem *moenia*.

Iam... reverteretur. 1-o *Legiones:* wszystkie tu obecne flavijskie. 2-o *Testudinem*: już trzecia. 3-o *Languescere*: odnosi się do *cum*; tak samo *cedere;* tak *inf. hist.* zależny od *ubi* w c. 1?, od *ut* w c. 31. 4-o *Cremo-*

et alii tela saxaque incutiebant, cum languescere paulatim Vitellianorum animi, ut quis ordine anteibat, cedere fortunae, ne, Cremona quoque excisa, nulla ultra venia, omnisque ira victoris non in vulgus inops sed in tribunos centurionesque, ubi pretium caedis erat, reverteretur. gregarius miles, futuri socors et ignobilitate tutior, perstabat: vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem orabant, cum bellum posuissent. primores castrorum nomen atque imagines Vitellii amoliuntur, catenas Caecinae, nam etiam tunc vinctus erat, exsolvunt orantque, ut causae suae deprecator adsistat, aspernantem tumentemque lacrimis fatigant, extremum malorum, tot fortissimi viri proditoris opem invocantes, mox velamenta et infulas pro muris ostentant. cum Antonius inhiberi tela iussisset, signa aquilasque extulere; maestum inermium agmen deiectis in terram oculis sequebatur: circumstiterant victores, et primo ingerebant probra, intentabant ictus: mox, ut praeberi ora contumeliis et, posita omni ferocia, cuncta victi patiebantur, subit recordatio illos esse, qui nuper Bedriaci victoriae temperassent. sed, ubi Caecina, praetexta lictoribusque insignis, dimota turba, consul incessit, exarsere victores: superbiam saevitiam-

na: *scil. urbe, post excisa castra.* 5-o *Vulgus: i. e. gregarius miles;* niemiał się czem wykupywać. 6-e *Reverteretur: i. e. referretur*; tak w rękopisach; nieoznacza tu ani kierunku w tył, ani powtórności; *Cic. inv.* II 56: *utilitas... aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus; quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum revertitur.*

Inermium: rzucili broń na znak poddania.

Victoriae temperassent: II 45: *victoresque... fovebant.*

Ubi... victores: Caecina drugi raz swem ubraniam oburza; w II 20, że nierzymskie, tu że konsularne; ostatni dzień konsulatu, t. j. 31 Paźdz. będzie mu odebrany w c. 37: *nec... ejuravitque.*

que, adeo invisa scelera sunt, etiam perfidiam obiectabant. obstitit Antonius, datisque defensoribus ad Vespasianum dimisit.

XXXII. Plebs interim Cremonensium inter armatos conflictabatur, nec procul caede aberant, cum precibus ducum mitigatus est miles, et vocatos ad contionem Antonius adloquitur, magnifice victores, victos clementer, de Cremona in neutrum. exercitus, praeter insitam praedandi cupidinem, vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit. iuvisse partes Vitellianas Othonis quoque bello credebantur; mox tertiadecumanos ad extruendum amphitheatrum relictos, ut sunt procacia urbanae plebis ingenia, petulantibus iurgiis inluserant. auxit invidiam editum illic a Caecina gladiatorum spectaculum, eademque rursus belli sedes, et praebiti in acie Vitellianis cibi, caesae quaedam feminae, studio partium ad proelium progressae; tempus quoque mercatus ditem alioqui coloniam maiore opum specie complebat. ceteri duces in obscuro: Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat. is balineas abluendo cruori propere petit: excepta vox est, cum teporem incusaret, „statim futurum,

Adeo... sunt: odnosi się do *perfidiam* (*objectabant*).

Plebs... miles. 1-o *Plebs*: c. 31: *inermium agmen.* 2-o *Conflictabatur*: *i. e. vexabatur*; *Gell.* X 6: *Caeci filia... turba... populi jactata est*, co zaraz potem oddane przez *conflictata.* 3-o *Aberant*: *scil. armati*, potem wyrażeni przez *miles.*

Praebiti... progressae. 1-o *In acie*: w tym ostatnim boju. 2-o *Caesae*: pozostałe trupy były dowodem, że były *ad proelium progressae*; ten był powód niechęci.

Specie: świetnością, blaskiem; w wyobraźni Flavian; widzieć niemogą, ponieważ zewnątrz miasta, otoczonego murem, się znajdują.

Excepta... incalescerent. 1-o *Tepor*: *scil. balinearum*; letniość. 2-o Słowa dosłyszane były lokaja; oburzyły domniemane słowa Antoniusa, na które lokaja „zaraz się zagrzeją" rzekomo było odpowiedzią; bo się do-

ut incalescerent": vernile dictum omnem invidiam in eum vertit, tamquam signum incendendae Cremonae dedisset, quae iam flagrabat.

XXXIII. Quadraginta armatornm milia inrupere, calonum lixarumque amplior numerus, et in libidinem ac saevitiam corruptior. non dignitas, non aetas protegebat, quo minus stupra caedibus, caedes stupris miscerentur. grandaevos senes, exacta aetate feminas, viles ad praedam, in ludibrium, trahebant: ubi adulta virgo aut quis forma conspicuus incidisset, vi manibusque rapientium divulsus ipsos postremo direptores in mutuam perniciem agebat. dum pecuniam vel gravia auro templorum dona sibi quisque trahunt, maiore aliorum vi truncabantur. quidam obvia aspernati verberibus tormentisque dominorum abdita scrutari, defossa eruere: faces iu manibus: quas, ubi praedam egesserant, in vacuas domos et inania templa per lasciviam iaculabantur; utque exercitu, vario linguis moribus, cui cives socii externi interessent, diversae cupidines et aliud cuique fas nec quicquam inlicitum. per quadriduum Cremona suffecit: cum omnia sacra profanaque in igne considerent, solum Mefitis templum stetit ante moenia, loco seu numine defensum.

myślano, jakoby Antonius kazał Cremonę podpalić. Ażeby mylne rozumienie wyrazu *incalescerent* było możliwe, trzeba przypuścić, że, kto podsłuchiwał, ten stosował *incalescerent* do podmiotu, który, w myśli jego, miał także liczbę mnogą. Dlatego dorozumiewam *Cremonenses* z poprzedniego *Cremonensium.*

Sibi: przeciw prawu, które kazało zdobycz oddawać na wspólny pożytek.

Dominorum: właścicieli domów.

Defossa: zagrzebki; *Liv.* VIII 10: *signum in terram defodi.*

Cum... defensum. 1-o *Considerent*: *Verg. Aen.* II 624: *omne mihi visum considere insigne Ilium.* 2-o *Mefitis*: bo okolica

Esse.... procubuerint. 1-o *Veteranas: scil. octo Batavorum;* w c. 21 nazwane *veteranae*. 2-o *Quibus... procubuerint:* bo należały do wojsk Vitellijskich (II 43: *accessit... invecti*).

Animalibus: obejmuje też ludzi (c. 64, *G.* 9); ludziom przeciwstawione dodatkiem *mutis; Sen. ep.* 58 powiada, że *homo* jest *species*, której *genus* jest *animal*.

Arriperent: i. e. invaderent; *Verg. Aen.* IX 13: *turbata adripe castra*.

XVIII. At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit: ubi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batavorum insula Romanum nomen trepidi nuntii adferebant, Munium Lupercum legatum, is duarum legionum hibernis praeerat, egredi adversus hostem iubet. Lupercus legionarios e praesentibus, Ubios e proximis, Treverorum equites haud longe agentis raptim transmisit, addita Batavorum ala, quae, iam pridem corrupta, fidem simulabat, ut, proditis in ipsa acie Romanis, maiore pretio fugeret. Civilis, captarum cohortium signis circumdatus, ut suo militi recens gloria ante oculos, et hostes memoria cladis terrerentur, matrem suam sororesque, simul omnium coniuges parvosque liberos consi-

Duarum... praeerat. 1-o *Hibernis: scil. Castris Veteribus*; bo a., legie, które wyszły z Lupercusem, chronią się (poniżej) *in castra... est*; b., c. 21: *mittit... concesserant;* c., Lupercus obwarowuje Castra Vetera (c. 22 *Lupercus... firmabant*). 2-o *Duarum legionum*: 5-ej i 15-ej, bo c. 35: *quinta... obsessis.* 3-o *Praeerat:* był naczelnym wodzem całego obozu, więc obu legii; dowodem (niżej) *Lupercus... transmisit*, w zestawieniu z (poniżej) *legionibus* (*cohortibusque*) i *legionibus* (*in castra*), króre liczbą mnogą wskazują, że obie poprowadził; ale pułkownikiem był jednej, bo, wedle c. 22: *legati... Rufus*, było w Castra Vetera dwóch *legati*, w c. 61 (*legatus legionis*) Lupercus zaznaczony jako półkownik jednej legii; której? niewiadomo.

Lupercus... transmisit. 1-o *Ubios*: w przeciwieństwie do *legionarios*, byli *auxiliares*; taksamo *Treverorum equites*, i (niżej) *Treverorumque auxilia.* 2-o *Transmisit:* znajdował się w Castra Vetera, na lewym brzegu nierozdzielonego jeszcze Rhenu, Germanie zaś na placu bitwy opisanej w c. 16, t. j. na *insula Batavorum* (c. 15: *signa... congregantur*); przeprawił więc wojsko z lewego na prawy brzeg lewego ramienia. Tam się bitwa niżej opisana toczyć będzie.

Civilis... pudorem. 1-o *Captarum*: w c. 16. 2-o *Pulsus: scil. si pulsus esset*; tak w rękopi-

stere a tergo iubet, hortamenta victoriae vel, pulsus, pudorem. ut virorum cantu, feminarum ululatu sonuit acies, nequaquam par legionibus cohortibusque redditur clamor. nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala, transfugiens statimque in nos versa: sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Ubiorum Treverorumque auxilia, foeda fuga dispersa, totis campis palantur: illuc incubuere Germani, et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus Veterum nomen est. praefectus alae Batavorum, Claudius Labeo, oppidano certamine aemulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares vel, si retineretur, semina discordiae praeberet, in Frisios avehitur.

XIX. Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes, cum iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur. intumuere statim superbia ferociaque et pretium itineris, donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sane a Vitellio, postulabant, non ut adsequerentur, sed causam seditioni; et Flaccus multa concedendo nihil aliud effecerat, quam ut acrius exposcerent, quae sciebant negaturum. spreto Flacco inferiorem Germaniam petivere, ut Civili iunge-

sach; tak I 6 *audenti*, 21 *principi*, IV 28 *venientis*, 32 *ausos*.

Cum... adsequitur. 1-o *Pergerent:* nietylko nieszli w dalszym ciągu (jak w II 1, III 40, IV 26, 35, 66), ani nie wychodzili (jak w I 18, 31, 40, III 11, 48, IV 59), ale dopiero wybierali się w drogę, i to nie w dalszą w tym samym kierunku, bo, przyszedłszy z Italii, mieli tamże wracać. W c. 15 (*Batavorum... agentes*) bawili w Moguntiacum; że dotychczas niewyszli, widać z *intumuere... negaturum*, co niewątpliwie w Moguntiacum się odbywa. Nb. Wątpliwe między pierwszem a drugiem ma znaczenie w I 27, II 23, 59, III 14, 19, 68. 2-o *Adsequitur*: odpowiednio do *pergerent*, dochodzi wybierających się.

Petivere: z następnego *Hordeonius... militem* wypływa, że dopiero postanowili.

rentur. Hordeonius, adhibitis tribunis centurionibusque, consultavit, num obsequium abnuentes vi coerceret; mox insita ignavia et trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus et subito dilectu suppletae legiones angebant, statuit continere intra castra militem: dein paenitentia et arguentibus ipsis, qui suaserant, tamquam secuturus, scripsit Herennio Gallo, legionis primae legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos: se cum exercitu tergis eorum haesurum; et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum, aliisque literis Gallum monuit, ne terreret abeuntes: unde suspicio sponte legatorum excitari bellum, cunctaque, quae acciderant aut metuebantur, non inertia militis neque hostium vi, sed fraude ducum evenire.

XX. Batavi, cum castris Bonnensibus propinquarent, praemisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret, nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent: longa atque irrita militia fessis patriae atque oti cupidinem esse: si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam inventuros. cunctantem legatum milites perpulerant, fortunam proelii experiretur: tria milia legionariorum et tumultuariae Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumque ignava sed procax ante periculum manus omnibus portis erumpunt, ut Batavos numero inpares cir-

Mox... militem. 1-o *Ministris:* którzy mieli opornych *coercere.* 2-o *Subito dilectu*: II 57*: pauci... supplerentur.* 3-o *Legiones:* 4-a i 22-a, w Moguntiacum. 4-o *Militem*: który miał iść w pogoń.

Haesurum: Liv. I 14*: haerens in terga Romanus.*

Tria... circumfundant. 1-o *Legionariorum: scil. legionis I-ae.* 2-o *Tumultuariae*: nowozaciężne (c. 19: *subito... suppletae*). 3-o *Inpares:* ośm kohort.

cumfundant. illi, veteres militiae, in cuneos congregantur, densi undique et frontem tergaque ac latus tuti; sic tenuem nostrorum aciem perfringunt. cedentibus Belgis pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. ibi plurimum cladis, cumulatae corporibus fossae, nec caede tantum et vulneribus sed ruina et suis plerique telis interiere. victores, colonia Agrippinensium vitata, nihil cetero in itinere hostile ausi, Bonnense proelium excusabant, tamquam, petita pace, postquam negabatur, sibimet ipsi consuluissent.

XXI. Civilis, adventu veteranarum cohortium, iusti iam exercitus ductor, sed consilii ambiguus, et vim Romanam reputans, cunctos, qui aderant, in verba Vespasiani adigit, mittitque legatos ad duas legiones, quae, priore acie pulsae, in Vetera Castra concesserant, ut idem sacramentum acciperent. redditur responsum, neque proditoris neque hostium se consiliis uti: esse sibi Vitellium principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos: proinde perfuga Batavus arbitrum rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris poenas expectaret. quae ubi relata Civili, incensus ira, universam Batavorum gentem in arma rapit; iunguntur Bructeri Tencterique, et excita nuntiis Germania ad praedam famamque.

XXII. Adversus has concurrentis belli minas legati

Legio: *scil. prima* (c. 19: *legionis primae*).

Ruina... interiere: różni różnie rozumieją.

Civilis... acciperent. 1-o *Iusti: scil. romano more exerciti.* 2-o *Aderant: scil. advenerant, nempe Batavorum et Canninefatium cohortes* (c. 19). *Adesse*, prócz *advenisse*, bywa także *praesentem esse* i *adjuvare;* niezawsze łatwo rozpoznać. 3-o *Legiones*: 5-a i 15-a

Concurrentis... minas. 1-o *Concurrentis: i e. concurrentes.* 2-o *Minas:* od Gallów (c. 17), Batawów (c. 21: *universam... rapit*),

legionum, Munius Lupercus et Numisius Rufus, vallum murosque firmabant: subversa longae pacis opera, haud procul castris in modum municipii exstructa, ne hostibus usui forent: sed parum provisum, ut copiae in castra conveherentur: rapi permisere. ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quae adversus necessitates in longum suffecissent. Civilis, medium agmen cum robore Batavorum obtinens, utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet, adsultante per campos equite; simul naves in adversum amnem agebantur. hinc veteranarum cohortium signa, inde depromptae silvis... ferarum imagines, ut cuique genti inire

zarheńskich Germanów (c. 21: *junguntur... Germania*).

Legati... firmabant. 1-o *Legati... Rufus*: s. v. *duarum... praeerat* c. 18. 2-o *Vallum... firmabant*: według c. 23: *non... additus*, ani wału ani murów tam niebyło (s. v. *nam... coercita* 1-o I 89).

Ne... forent: odnosi się do *subversa*.

Civilis... equite. 1-o *Civilis... obtinens*: na lewym brzegu, przeciw środkowi obozu, prostopadle do Rhenu; insze oddziały stały na prawo i lewo, więc do rzeki równolegle. *Robur Batavorum* byli wszyscy Batavi. 2-o *Utramque*: obie części lewego brzegu Rhenu, po dwóch stronach obozu Rzymskiego. Znani mi komentatorowie albo rzecz rozumieją, jak tu wyłuszczono, a w takim razie *utramque* zamieniają na *utrimque*, albo *utramque* rozumieją o brzegach prawym i lewym. Pierwsze niepotrzebne, drugie niemożliwe. 3-o *Germanorum:* wedle c. 16 *Canninefates* i *Frisii*, wedle c. 21 *Bructeri Tencterique*. 4-o *Adsultante... equite:* po lewej stronie Rhenu, z nim równolegle, przyskakiwali do obozu z dwóch stron konni; prostopadle do obozu „poprzek rzeki" (tak II 34 *adversum in flumen*) płynęły nawy; a ponieważ Civilis był *medium... obtinens*, więc obóz był z czterech stron osaczony.

Hinc... obsessos. 1-o *Hinc:* odnosi się do *medium... obtinens*. 2-o *Inde*: po dwóch stronach obozu (*utramque... equite*). 3-o *Depromptae... est: G.* 7 *effigiesque... ferunt*, 45 *insigne... praestat.*

proelium mos est, mixta belli civilis externique facie, obstupefecerant obsessos; et spem obpugnantium augebat amplitudo valli, quod, duabus legionibus situm, vix quinque milia armatorum tuebantur; sed lixarum multitudo, turbata pace illuc congregata et bello ministra, aderat.

XXIII. Pars castrorum in collem leniter exsurgens, pars aequo adibatur. quippe illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat, neque umquam id malorum, ut obpugnatum ultro legiones nostras venirent; inde non loco neque munimentis labor additu , vis et arma satis placebant. Batavi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt, eminus lacessentes: post, ubi pleraque telorum turribus pinnisque moenium irrita haerebant, et desuper saxis vulnerabantur, clamore atque impetu invasere vallum, adpositis plerique scalis, alii per testudinem suorum; scandebantque iam quidam, cum, gladiis et armorum incussu praecipitati, sudibus et pilis obruuntur. praeferoces initio et rebus secundis nimii: sed tum, praedae cupidine, adversa quoque tolerabant. machinas etiam, insolitum sibi, ausi; nec ulla ipsis sollertia, per-

Inde... additus. 1-o *Inde*: *temporale.* 2-o *Munimentis: scil. colli et Rheno*; w c. 26 Rhen policzony do *amnes... munimenta;* w V 14 takiemu *munimento*, właśnie jak tu, Rhenowi, *addidit Civilis laborem*; w *Ann.* XI 8 *amnis* nazwany *munimentum.* 3-o *Labor additus:* zestawiane z *Verg. G.* I 150: *frumentis labor additus*; mylnie, gdyż tam *labor* jest choroba (*rubigo, carduus*). 4-o *Neque: explicativum.*

Satis placebant: *Sall. Cat.* 2: *sua cuique satis placebant.*

Praeferoces... nimii: ogólna charakterystyka; wypływa z antytezy do *tum.*

Machinas... ausi: *scil. sunt;* odnosi się do dawniejszego ich budowania.

Nec... subruerent. 1-o Nawias; opisuje czasy dawniejsze; tłomaczy wyrazy *insolitum sibi.* 2-o *Nec*: *adversativum;* negacya od-

fugae captivique docebant struere materias in modum pontis, mox subiectis rotis propellere, ut alii superstantes, tamquam ex aggere, proeliarentur, pars intus occulti muros subruerent. sed excussa ballistis saxa stravere informe opus, et crates vineasque parantibus adactae tormentis ardentes hastae, ultroque ipsi obpugnatores ignibus petebantur, donec desperata vi verterent consilium ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta et multum inbellis turbae; simul ex inopia proditio, et fluxa servitiorum fides, ac fortuita belli sperabantur.

XXIV. Flaccus interim, cognito castrorum obsidio et missis per Gallias, qui auxilia concirent, lectos legionibus Dillio Voculae, duoetvicensimae legionis legato, tradit, ut quam maximis per ripam itineribus celeraret: ipse navibus, invalidus corpore, invisus militibus: neque enim ambigue fremebant, emissas a Mogontiaco Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, adsciri in societatem Germanos: non Primi Antonii neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse: aperta odia armaque palam depelli: fraudem et dolum obscura eoque inevitabilia: Civilem stare contra, struere aciem: Hordeonium e cubiculo et lectulo iubere, quidquid hosti conducat:

nosi się do *ulla*. 3-o *Ulla... sollertia*: *abl. causae*.

Sed... turbae. 1-o *Excussa*: *scil. a Romanis;* tak samo *adactae*. 2-o *Parantibus*: *scil. obpugnatoribus*. 3-o *Ultroque... petebantur*: omówienie wyrazów *crates... hastae*. 4-o *Inesse*: *scil. castris*. 5-o *Paucorum... turbae*: *c. 22: parum... conveherentur*, i *lixarum... aderat*.

Simul... sperabantur. 1-o *Et... fides: scil. est;* wtrącona uwaga. 2-o *Servitiorum: scil. imbellis turbae, nempe calonum*.

Legionibus: z 4-ej i 22-ej; w Moguntiacum. Wydawcy dodają *e* niepotrzebnie (*s. v. certamine* III 81, Draeger § 56, b).

Ipse: scil. secuturus.

tot armatas fortissimorum virorum manus unius senis valetudine regi: quin potius interfecto traditore fortunam virtutemque suam malo omine exsolverent? his inter se vocibus instinctos flammavere insuper adlatae a Vespasiano literae, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro contione recitavit: vinctosque, qui attulerant, ad Vitellium misit.

XXV. Sic mitigatis animis Bonnam, hiberna primae legionis, ventum. infensior illic miles culpam cladis in Hordeonium vertebat, eius iussu derectam adversus Batavos aciem, tamquam a Mogontiaco legiones sequerentur: eiusdem proditione caesos, nullis supervenientibus auxiliis: ignota haec ceteris exercitibus neque imperatori suo nuntiari, cum adcursu tot provinciarum extingui repens perfidia potuerit. Hordeonius exemplares omnium literarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit, instituitque pessimum facinus, ut epistulae aquiliferis legionum traderentur, a quis ante militi quam ducibus legebantur. tum e seditiosis unum vinciri iubet, magis usurpandi iuris, quam quia unius culpa foret, motusque Bonna exercitus in coloniam Agrippinensem, adfluentibus auxiliis Gallorum, quia primo rem Romanam enixe iuvabant: mox, vale-

Cladis: c. 20.

Iussu: c. 19: *scripsit... haesurum.*

Caesos: *scil. exercitus;* domyślne z następnego *exercitibus*; pobite; tak *caedere* odróżnione od zabicia w *Cic. Verr.* V 28: *caedere virgis ad necem.*

Motusque... Gallorum. 1-o *Exercitus:* legia 1-a i *lecti* z legii 4-ej i 22-ej. 2-o *Adfluentibus... Gallorum*: *scil. Bonnam*, można było wyprowadzić dawną załogę (legią 1-ą), i świeżo wprowadzonych wybrańców z legii 4-ej i 22-ej, bo nowe wojsko nadchodziło (c. 24: *missis... concirent*).

Mox... imperitandi. 1-o Nawias, oznaczający przyszłość opisaną w c. 55 *sqq.*. 2-o *Arma*: *scil. sumpsere;* takie elipsy w I

scentibus Germanis, pleraeque civitates adversum nos arma spe libertatis et, si exuissent servitium, cupidine imperitandi. gliscebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant; quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis, tamquam, nuntius inter Civilem Flaccumque, falso crimine, testis veri, opprimeretur. conscendit tribunal Vocula mira constantia, prensumque militem ac vociferantem duci ad supplicium iussit, et, dum mali pavent, optimus quisque iussis paruere. exim, consensu ducem Voculam poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit.

XXVI. Sed discordes animos multa efferabant, inopia stipendii frumentique et simul dilectum tributaque Galliae aspernantes, Rhenus, incognita illi caelo siccitate, vix navium patiens, arti commeatus, dispositae per omnem ripam stationes, quae Germanos vado arcerent, eademque de causa minus frugum et plures, qui consumerent. apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tamquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent: quod in pace fors seu natura, tunc fatum et ira dei vocabatur.

16 *haec atque talia* (*loquebantur*), 19 *multi... obsequio* (*favebant*), 29 *simul... urbe* (*adgregantur*), *ibid. minora vero* (*referentes*), 32 *poscentium* (*non quidem judicio aut veritate*), 35 *in... studia* (*prorumpunt*), 53 *propius* (*sitis*), II 3 *memoria* (*perhibet*), 11 *manus* (*praeveniebat*), III 13 *et* (*dicit*), 38 *quaerenti* (*dicit*), 43 *signa... modum* (*gerebant*), 78 *alii* (*perhibent*), tak samo *quidam*, IV 5 *qui... turpia* (*esse censent*), 24 *ipse navibus* (*secuturus*), 75 *nihil* (*respondit*), V 17 *mox* (*actum est*).

Legionum: s. v. motusque... Gallorum 1-o.

Inopia... arcerent. 1-o *Dilectum:* c. 24: *missis... concirent.* 2-o *Navium patiens*: *Verg. G.* II 223: *patientem vomeris.* 3-o *Vado*: *scil. quoquo*; z prawego brzegu na lewy.

Et: *explicativum.*

Dei: scil. Rheni; V 17: *Rhenum... pugnam.*

Ingressis Novaesium sexta decuma legio coniungitur, additus Voculae in partem curarum Herennius Gallus legatus: nec ausi ad hostem pergere, loco Gelduba nomen est, castra fecere. ibi struenda acie, muniendo vallandoque et ceteris belli meditamentis militem firmabant: utque praeda ad virtutem accenderetur, in proximos Cugernorum pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus Vocula exercitus; pars cum Herennio Gallo permansit.

XXVII. Forte navem, haud procul castris, frumento gravem, cum per vada haesisset, Germani in suam ripam trahebant. non tulit Gallus misitque subsidio cohortem: auctus et Germanorum numerus, paulatimque adgregantibus se auxiliis acie certatum. Germani multa cum strage nostrorum navem arripiunt: victi, quod tum in morem verterat, non suam ignaviam, sed perfidiam legati culpabant. protractum e tentorio, scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis prodidisset exercitum, dicere iubent. redit in Hordeonium invidia: illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant, donec,

Ingressis... conjungitur. 1-o *Ingressis:* Hordeonius, Vocula, legia 1-a, wybrańcy z 4-ej i 22 ej. 2-o *Novaesium*: po drodze do Castra Vetera. 3-o *Sexta decuma*: jej obóz w Novaesium.

Legatus: scil. legionis primae (c. 19: *Herennio... legato*).

Nec... fecere. 1-o *Hostem: scil. Castra Vetera obsidentem.* 2-o *Loco... est*: nawias; dodatek *cui* niepotrzebny. 3-o *Gelduba*: między Novaesium a Castra Vetera.

Vocula: niepotrzebnie dodawane *a*; *Ann.* XIV 8: *Centurione... comitatum.*

Forte: cały c. 27 dzieje się w Geldubie.

Legati: scil. Galli.

Illum... exsolvitur. 1-o *Illum:* powiedziano o nieobecnym Hordeoniusie; znajduje się w Novaesium; bo w c. 31 (*haec... docuere* i *vetus... sacramentum*), skutkiem wiadomości o bitwie Cremońskiej, zaprzysięże wojsko na imię Vespasiana, a w następnym dopiero c. 32 (*mox...*

exitium minitantibus, exterritus, proditionem et ipse Hordeonio obiecit, vinctusque, adventu demum Voculae exsolvitur. is postera die auctores seditionis morte adfecit: tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae patientiaeque. haud dubie gregarius miles Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum proni: inde scelerum ac suppliciorum vices et mixtus obsequio furor, ut contineri non possent, qui puniri poterant.

XXVIII. At Civilem inmensis auctibus universa

factaque) wiadomość ta dojdzie do Gelduby, więc Hordeonius obecnie znajduje się w punkcie na drodze z Rzymu, bliżej Rzymu położonym, t. j. w Novaesium. 2-o *Hunc: scil. Gallum*; do niego odnosi się *exterritus* i *objecit*. 3-o *Adventu: scil. Geldubam* (c. 26: *in... exercitus*).

Diversitas... patientiaeque: objawy *licentiae* wyrażone przez *victi.* . *vinctusque* zaś *patientiae* przez *adventu... adfecit.* Względem tego co następuje, mianowicie od *haud* do *proni*, oznacza *diversitas* (bez *licentiae patientiaeque*) różnicę między dwiema klasami żołnierzy, mianowicie między *gregarius miles* a *splendidissimus quisque.* Do tej bowiem *diversitas licentiae patientiaeque* przyłączała się sprzeczność insza, mianowicie między *gregarius miles*, który był *Vitellio fidus*, a *splendidissimus quisque* (wodzowie, mianowicie Hordeonius, Vocula, Herennius), którzy byli *in Vespasianum proni.* Skutkiem zbiegu tych dwóch *diversitates* były *scelerum... furor*, a tego skutku skutkiem było *ut... poterant.*

Universa Germania: w znaczeniu jak Germanią pojmuje autor w *G.* 1, tu w żadnym razie niemożna rozumieć; są więc obie germańsko-rzymskie prowincye. Utwierdza mnie w tem następne *ut cuique... quateret.* Sęsiedztwo bowiem Ubiów, Treverów, rzeki Mosy (*Mosam... transiere*), i za Mosą mieszkających ludów, Menapiów i Morinów, i identycznych z temi dwoma ostatniemi ludami „*extrema... Galliarum*", wskazuje, że wyrażeni przez *cuique* Germanie, t. j. *universa Germania*, byli wszyscy lewobrzeżni, więc poddani rzymscy. Słusznie powiedziano „*universa*", bo, jak widać z wyliczonych jej sąsiadów, od *Treveri* do *Morini*, sięgała od połódniowego krańca

Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata. ille, ut cuique proximum, vastari Ubios Treverosque, et alia manu Mosam amnem transiri iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret. actae utrobique praedae, infestius in Ubiis, quod gens, Germanicae originis, eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur. caesae cohortes eorum, in vico Marcoduro incuriosius agentes, quia procul ripa aberant. nec quievere Ubii, quo minus praedas e Germania peterent: primo inpune: dein circumventi sunt, per omne id bellum meliore usi fide quam fortuna. contusis Ubiis gravior et successu rerum ferocior Civilis obsidium legionum urguebat, intentis custodiis, ne quis, occultus nuntius venientis auxilii, penetraret. machinas molemque operum Batavis delegat: Transrhenanos proelium poscen-

Germaniae superioris do północnego *Germaniae inferioris.*

Ut... quateret. 1-o *Cuique*: z ludów Germańskich, objętych w *universa Germania*, w rozumieniu wyrażonem s. v. *universa Germania*, odnosi się do dwóch kategoryi, z których jedna obejmuje Ubiów i Treverów, druga Menapiów i Morinów. 2-o *Alia manu*: powszechnie rozumiane o oddziale wojska; dlatego niektórzy zamieniają na *aliam manum*; ale o żadnej *manus* w tym sensie, którejby *alia* mogła być przeciwstawiona, niema mowy; rozumiem więc „po inszej stronie niż Ubiów i Treverów." *Laeva* albo *dextra manus* w znaczeniu „strona" rzecz powszednia; *Teren. Ad.* IV 2, 37: *est ad hanc manum sacellum.* 3-o *Et: explicativum*; odnosi się do *Morinos*; *Mela* III 2, 1: *ultimos Gallicarum gentium Morinos.* 4-o *Quateret*: *scil. ipse Civilis*; taksamo w znaczeniu pobudzania do czynu w I 52, II 86.

Actae... vocarentur. 1-o *Utrobique: scil. in Ubiis et Treveris, in Menapiis et Morinis.* 2-o *Vocarentur*: *reflexivum.*

Quia... aberant: powód, dla którego byli *incuriosius agentes.*

Circumventi: *i. e. oppressi*; tak II 12, IV 10. 2-o *Occultus... auxilii*: appozycya do *quis.* 3-o *Venientis:* gdyby jaka pomoc przyszła.

(Molem)que: *explicativum.*

tis ad scindendum vallum ire, detrusosque redintegrare certamen iubet, superante multitudine et facili damno.

XXIX. Nec finem labori nox attulit; congest's circum lignis accensisque, simul epulantes, ut quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur: quippe ipsorum tela per tenebras vana, Romani perspicuam barbarorum aciem, et si quis audacia aut insignibus effulgens, ad ictum destinabant. intellectum id Civili, et restincto igne misceri cuncta tenebris et armis iubet. tum vero strepitus dissoni, cursus inceptati, neque feriendi neque declinandi providentia: unde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere aıcus; nihil prodesse virtus, fors cuncta turbare, et ignavorum saepe telis fortissimi cadere. apud Germanos inconsulta ira, Romanus miles, periculorum gnarus, ferratas sudes, gravia saxa non forte iaciebat. ubi sonus molientium aut adpositae scalae hostem in manus dederant, propellere umbone, pilo sequi, multos in moenia egressos pugionibus fodere. sic exhausta nocte novam aciem dies aperuit.

Scindendum vallum: częstokół drzewny na wale (*Liv.* XXXIII 5).

Simul: odnosi się do *ferebantur*, i wiąże takowe z *epulantes* (*s. v. si... relinquerentur* I 65).

Quippe... destinabant. 1-o *Tenebras:* rzymski obóz, z powodu nocy, w cieniu. 2-o *Perspicuam*: tak w rękopisach; ognie czyniły „wskroś" przejrzystym szyk Transrhenanów.

Armis: abl. relationis; tak I 38 *auxiliaribus... scutisque,* III 8 *qua,* 15 *viribus,* 77 *virtutibus* i *vitiis.*

Cursus inceptati: rękopiśmienne *corsus inceptti* różnie przeinaczane.

Arcus: tak w rękopisach. Bywa zamieniane na *artus, acrius, ictus* i t. p.; niepotrzebnie. Są łukowato wygięte ramiona. Tak nazywany wszelki przedmiot łukowato wygięty.

Periculorum gnarus: z *sonus molientium* i z *adpositae scalae.*

Sequi: i. e. insectari; *Verg. Aen.* XI 674: *sequiturque incumbens eminus hasta Tereaque etc..*

XXX. Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato: quam praetoriae portae, is aequissimus locus, propinquantem promoti contra validi asseres et incussae trabes perfregere, multa superstantium pernicie: pugnatumque in perculsos, subita et prospera eruptione. simul a legionariis, peritia et arte praestantibus, plura struebantur: praecipuum pavorem intulit suspensum et nutans machinamentum, quo, repente demisso, praeter suorum ora, singuli pluresve hostium, sublime rapti, verso pondere, intra castra effundebantur. Civilis, omissa obpugnandi spe, rursus per otium adsidebat, nuntiis et promissis fidem legionum convellens.

XXXI. Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta: cuius eventum literae Primi Antonii docuere, addito Caecinae edicto; et praefectus cohortis, e victis, Alpinius Montanus fortunam partium praesens fatebatur. diversi hinc motus animorum: auxilia e Gallia, quis nec amor neque odium in partes, militiae sine adfectu, hortantibus praefectis statim a Vitellio desciscunt: vetus miles cunctabatur, sed, adigente Hordeonio Flacco,

Perculsos: *i. e. humi stratos*; *Gell.* II 22: *ventus Cerius armatum hominem, plaustrum oneratum perculit.*

Rursus... convellens. 1-o *Rursus:* odnosi się do *per otium* (c. 23: *obpugnatores... moras*). 2-o *Legionum:* oblężonych w Castra Vetera.

Cujus... edicto: do c. 32 *hostiliter* rzecz odbywać się będzie w Novaesium, bo w obecności Hordeoniusa (*s. v. illum... exsolvitur* 1-o c. 27).

Alpinius: III 35: *in... misere.*

Auxilia... desciscunt. 1-o *Auxilia e Gallia*: c. 25: *adfluentibus... Gallorum.* 2-o *Militiae*: tak w rękopisach; odnosi się do *adfectu*, i właściwie staćby po *adfectu* powinno (*s. v. si... relinquerentur* I 65).

Vetus miles: z wymienionych *s. v. ingressis... conjungitur* c. 26, jako obecnych w Novaesium, część poszła do Gelduby, wedle c. 26: *nec... fecere* i *pars... permansit.*

instantibus tribunis, dixit sacramentum, non vultu neque animo satis adfirmans, et, cum cetera iuris iurandi verba conciperent, Vespasiani nomen haesitantes aut levi murmure, et plerumque silentio transmittebant.

XXXII. Lectae deinde pro contione epistulae Antonii ad Civilem: suspiciones militum irritavere, tamquam ad socium partium scriptae et de Germanico exercitu hostiliter. mox adlatis Geldubam in castra nuntiis eadem dicta factaque, et missus cum mandatis Montanus ad Civilem, ut absisteret bello neve externa armis falsis velaret: si Vespasianum iuvare adgressus foret, satis factum coeptis. ad ea Civilis primo callide: post, ubi videt Montanum praeferocem ingenio paratumque in res novas, orsus a questu periculisque, quae per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset, egregium, inquit, pretium laborum recepi, necem fratris et vincula mea et saevissimas huius exercitus voces, quibus ad supplicium petitus iure gentium poenas reposco. vos autem, Treveri! ceteraeque servientium animae! quod praemium effusi

Adigente... transmittebant. 1-o *Adigente*: w zastosowaniu do przysięgi, tu i nader często, niemieści przymusu, tylko wezwanie do niej i jej przyjęcie; dowodem II 80 *alacrem... adigit*, III 43 *adigi volentibus*, 58 *dantes... adigit*, IV 61 *neque se adigit*, 70 *se ipsae adigunt*. Przymus tu wyrażony raczej w *instantibus*. 2-o *Non(...) satis*: niezbyt, niebardzo: tak I 41. 3-o *Concipere verba jurisjurandi* znaczy złożyć aryngę przysięgi (tak w c. 41), podpowiadać ją (tak *Liv.* VII 5), według niej przysięgać (tak *Cic. off.* III 29). Tu biorę w trzeciem znaczeniu, z dorozumianym, z *miles* ,podmiotem *milites*. Nb. Do *Verg. Aen.* XII 13 *concipe foedus* (*scil.fac foedus verbis conceptis*) Servius czyni uwagę: *concepta verba dicuntur juris jurandi formula.* 5-o *Plerumque*: *i. e. plerique*; tak *G.* 5.

Armis falsis: scil. velut pro Vespasiano sumptis.

Egregium... reposco. 1-o *Egregium*: ironia. 2-o *Necem... voces*: c. 13: *Paulum... exercitu.*

Treveri: Montanus był *Trevir* (III 35: *Montanum... Trevir*).

totiens sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, inmortalia tributa, virgas secures et dominorum ingenia? en ego, praefectus unius cohortis, et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus vel, saepta, ferro fameque premimus: denique ausos aut libertas sequetur, aut victi idem erimus. sic accensum, sed molliora referre iussum, dimittit: ille ut inritus legationis redit, cetera dissimulans, quae mox erupere.

XXXIII. Civilis, parte copiarum retenta, veteranas cohortes, et quod e Germanis maxime promptum, adversus Voculam exercitumque eius mittit, Iulio Maximo et Claudio Victore, sororis suae filio, ducibus. rapiunt in transitu hiberna alae, Asciburgii sita, adeoque inprovisi castra involavere, ut non adloqui, non pandere aciem Vocula potuerit. id solum, ut in tumultu, monuit, subsignano milite media firmare; auxilia passim circum-

Galliarum portio: ani Batavi ani Canninefaci niebyli częścią Gallii; Canninefaci nawet niegraniczyli z nią, a c. 12: *Batavi... occupavere* oznacza tylko, że Batavi zajęli kraj graniczący z Gallią (*s. v. laeva maris* II 2); jest więc *genitivus relationis*, w stosunku do Gallii (*s. v. laeva maris* II 2). Nie przeszkadza temu rozumieniu też *G.* 29: *Batavi... colunt*, gdyż owa *ripa* jest lewa prawego ramienia, tj. właściwego Rhenu, a ta do Gallii w żadnym razie nienależała.

Castrorum... excidimus: *c.* 15.

Ausos... erimus. 1-o *Ausos... sequetur*: *Plin. h. n.* XXXV 10: *similis et Neaerem successus... sequutus est.* 2-o *Idem*: *i. e. iidem, ac sumus, nempe servi.*

Veteranas... mittit. 1-o *Veteranas*: które przedtem, jako *auxiliares*, służyły w wojsku rzymskiem. 2-o *Promptum*: na doręczu; tak I 57, II 25, 35, III 16, 69, IV 14.

Rapiunt... potuerit. 1-o *Rapiunt*: *i. e. raptim capiunt*; *Liv.* VI 23: *castra urbesque primo impetu rapere.* 2-o *Castra*: *scil. Geldubae sita*, bo Vocula znajduje się w Geldubie (c. 26: *additus... fecere*).

Subsignano: *i. e. legionario* (*s. v. vetus miles* c. 31).

fusa sunt. eques prorupit, exceptusque compositis hostium ordinibus terga in suos vertit. caedes inde, non proelium; et Nerviorum cohortes, metu seu perfidia, latera nostrorum nudavere; sic ad legiones perventum; quae, amissis signis, intra vallum sternebantur, cum repente novo auxilio fortuna pugnae mutatur. Vasconum lectae a Galba cohortes ac tum accitae, dum castris propinquant, audito proeliantium clamore intento, hostis a tergo invadunt, latioremque quam pro numero terrorem faciunt, aliis a Novaesio, aliis a Mogontiaco universas copias advenisse credentibus. is error addit animos, et, dum alienis viribus confidunt, suas recepere. fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur: eques evasit cum signis captivisque, quos prima acie corripuerant.

Perventum: *scil. a Germanis.*

Intra vallum: wróciły do obozu, a nieprzyjaciel za niemi wkroczył.

Accitae... invadunt. 1-o *Accitae:* III 15: *Galliaque... acciverat.* 2-o *Intento: i. e. acri, vehementi;* zamieniane na *intentos*; *Cic. orat.* II 52: *haec* (*pars orationis*) *intenta ac vehemens esse debet.*

Aliis (*a Novaesio*)... *credentibus.* 1-o *Aliis... aliis: scil. Geldubam obpugnantibus Germanis.* 2-o *A Novaesio*: *scil. copias advenisse.* Tylko część wojsk z Novaesium przeszła do Gelduby; część została w Novaesium (*s. v. vetus miles* c. 31). 3-o *A Mogontiaco*: ile zostało z legii 4-ej i 22-ej (*s. v. legionibus* c. 24). Należy rozumieć: *non solum a Novaesio sed etiam a Mogontiaco;* bo wszyscy szli od Novaesium, a, mówiąc na domysł, niemógł nikt powiedzieć, że wojsko, idące od Novaesium, jest wojskiem idącem z Mogontiacum, nie zaś z Novaesium. 4-o *Universas*: w tym sensie, że reszta 4-ej i 22-ej legii, idąca z Mogontiacum, dopełnia całości wojska (*s. v. omnium militum* I 41).

Addit animos: *scil. Romanis;* tak III 62, *Ann.* IV 51; *Cic. Att.* VII 2: *in iis libris, quos tu laudando animos mihi addidisti;* jeszcze dziwniejsze *Val. Flac.* VI 181: *quibus sese fuga mentibus addat.*

Funduntur: *scil. intra vallum,* bo *legiones* (*scil. a Germanis*) *intra vallum sternebantur.*

Eques... corripuerant. 1-o *Sig-*

caesorum eo die in partibus nostris maior numerus et inbellior, e Germanis ipsa robora.

XXXIV. Dux uterque, pari culpa meritus adversa, prosperis defuere: nam Civilis, si maioribus copiis instruxisset aciem, circumiri a tam paucis cohortibus nequisset, castraque perrupta excidisset, Vocula nec adventum hostium exploravit, eoque simul egressus victus-

nis: wyżej *amissis signis.* 2-o *Corripuerant: scil. Batavi.*

Nam... movit. 1-o *Nam*: gramatycznie sięga do *movit*, myślnie do *potuit*; uzasadnia równość winy Civilisa i Voculi, iż każdy zasłużył na przegraną, a żaden nieskorzystał z wygranej. Civilis był *meritus adversa* (c. 33: *fortissimus... robora*), bo, zatrzymawszy część wojska pod Castra Vetera (c. 33: *parte... retenta*), niedość wysłał przeciw Voculi, zaś *prosperis defuit*, bo niewyzyskał powodzenia, zaznaczonego w c. 33: *eques... sternebantur*, a niewyzyskał, ponieważ (jak wyżej) niedość wojska wysłał przeciw Voculi; Vocula był *meritus adversa*, bo *Vocula... victusque* (co opisano w c. 33: *eques... proelium*), zaś *prosperis defuit*, bo, co już dotyczy przyszłości, *dein... potuit* i *Vocula... malle.* 2-o *Instruxisset*: zaznaczoną przez to, jako też przez *nequisset* i *excidisset*, obecność Civilisa pod Geldubą należy rozumieć duchowo, bo osobiście znajduje się pod Castra Vetera (c. 30: *Civilis... adsidebat*, 33: *Civilis... mittit*). 3-o *Circumiri*: wedle c. 33: *Vasconum... invadunt*, Vasconi „z tyłu" zaszli Germanów, więc *circumiri* (jak *Ann.* XII 14: *donec... circumveniret*) oznacza okoliczność, która dopiero z inną zestosowana sprawiła, iż Germanie zostali okrążeni, z tą mianowicie, iż z przeciwnej strony, przedsobnej, Germanie mieli legie (c. 33: *ad legiones perventum*). Należy więc *circumiri* rozumieć analogicznie do przykładów przywiedzionych *s. v. omnium militum* I 41, w których część dopełniająca całości, wyrażoną jest, jakgdyby sama była całością. Że *circum* (*resp. circa*) może dwie przeciwległe strony wyrażać patrz *s. v. quattuor... discretae* 1-o II 89. 4-o *Nec: i. e. ne quidem;* tak cc. 25, 29, 72, 80. 5-o *Egressus: scil. e castris*; gdyż bój opisany w c. 33: *id... nudavere* odbył się zewnątrz obozu. 6-o *Victusque:* c. 33: *eques... sternebantur.*

que, dein, victoriae parum confisus, tritis frustra diebus, castra in hostem movit; quem si statim impellere cursumque rerum sequi maturasset, solvere obsidium legionum eodem impetu potuit. temptaverat interim Civilis obsessorum animos, tamquam perditae apud Romanos res et suis victoria provenisset: circumferebantur signa vexillaque, ostentati etiam captivi: ex quibus unus, egregium facinus ausus, clara voce gesta patefecit: confossus illic a Germanis: unde maior indici fides. simul vastatione incendiisque flagrantium villarum venire victorem exercitum intellegebatur. in conspectu castrorum constitui signa fossamque et vallum circumdari Vocula iubet: depositis inpedimentis sarcinisque expediti certarent. hinc in ducem clamor pugnam poscentium; et minari adsueverant. ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompositi fessique proelium sumpsere; nam Civilis aderat, non minus vitiis hostium quam virtute suorum fretus. varia apud Romanos fortuna et seditiosissimus quisque ignavus, quidam, recentis victoriae memores, retinere locum, ferire hostem, seque

Legionum: obleganych w Castra Vetera.

Signa... captivi: c. 33: *amissis signis*, i *eques... captivisque.*

Gesta: c. 33: *fortissimus... robora.*

Fides: *scil. apud obsessos, Romanos.*

Exercitum: *scil. Voculae.*

Retinere... deessent. 1-o *Retinere... hostem: infinitivi* zależne od *hortari* (*infin. hist.*), jak *Ann.* XI 16, 24, XV 59, XVI 34. 2-o *Redintegrata acie*: walka. Szyku bojowego od początku walki niebyło (*ne... sumpsere*); więc o jego wznowieniu mowy być niemoże. Że bój był omdlał, widać z *retinere... hortari*; więc *redintegrata acie* powiedziano o przyszłości; właściwie powinnoby stać po *ne.* 3-o *Tempori: scil. opportuno*; tak III 9, 40.

Vocula... malle. 1-o *Castrorum*: *scil. Veterum.* 2-o *Tamquam... immineret:* stanie się w c. 36. 3-o *Totiens:* odnosi się do (wyżej) *Vocula... potuit* i *omissis... tergis.*

et proximos hortari, et, redintegrata acie, manus ad obsessos tendere, ne tempori deessent. illi, cuncta e muris cernentes, omnibus portis prorumpunt: ac forte, Civilis, lapsu equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama vulneratum aut interfectum, inmane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis indidit: sed Vocula, omissis fugientium tergis, vallum turrisque castrorum augebat, tamquam rursus obsidium immineret, corrupta totiens victoria non falso suspectus bellum malle.

XXXV. Nihil aeque exercitus nostros quam egestas copiarum fatigabat. inpedimenta legionum cum inbelli turba Novaesium missa, ut inde terrestri itinere frumentum adveherent; nam flumine hostes potiebantur. primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Civile; qui, ubi rursum missos Novaesium frumentatores datasque in praesidium cohortes velut multa pace ingredi accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compositus invadit, praemissis, qui pontes et viarum angusta insiderent. pugnatum longo agmine et incerto Marte, donec proelium nox dirimeret. cohortes

Exercitus: w Castra Vetera.

Inpedimenta... adveherent. 1-o *Inpedimenta:* wozy; tak w c. 34, w przeciwieństwie do *sarcinae.* 2-o *Legionum*: miejscowych 5-ej i 15-ej, i części z legii 1-ej i 16-ej, oraz z *lecti* z 4-ej i 22-ej, o ile przybyły z Voculą do Gelduby, część pozostawiwszy w Novaesium (*s. v. vetus miles* c. 31). Z części, które z Novaesium przyszły do Gelduby, część jeszcze tamże została, wedle (niżej) *cohortes... tenebantur.*

Primum... Civile. 1-o *Primum:* pierwszy pochód do Novaesium i napowrót; w przeciwieństwie do *rursum missos.* 2-o *Nondum*: *scil. post lapsum equi* (c. 34).

Cohortes... tenebantur: kohorty (tesame co wyżej *cohortes*), z powodu wyrażonego przez *manentibus... tenebantur*, niewróciły do Castra Vetera, ale dalej poszły do Gelduby (po drodze ku Novaesium).

Geldubam perrexere, manentibus, ut fuerant, castris, quae relictorum illic militum praesidio tenebantur. non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret frumentatoribus, onustis perculsisque: addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quinta decuma legionibus, apud Vetera obsessis, indomitum militem et ducibus infensum. plures, quam iussum erat, profecti palam in agmine fremebant, non se ultra famem, insidias legatorum toleraturos: at, qui remanserant, desertosque, abducta parte legionum, querebantur. duplex hinc seditio, aliis revocantibus Voculam, aliis redire in castra abnuentibus.

XXXVI. Interim Civilis Vetera circumsedit, Vocula Geldubam atque inde Novaesium concessit. Civilis capit Geldubam; mox haud procul Novaesio equestri proelio prospere certavit: sed miles secundis adversisque proinde

Non... perculsisque. 1-o *Dubium: scil. Voculae.* 2-o *Regressu*: z Gelduby do Castra Vetera. 3-o *Perculsisque*: przerażonym napaścią, jakiej doznali w pochodzie ku Geldubie.

Addit... infensum. 1-o *Exercitui suo*: legii 1-ej i 16-ej, wybrańcom z 4-ej i 22-ej (*s. v. inpedimenta... adveherent* 2-o c. 35). *Suo*, powiedziano, ponieważ było pod bezpośredniem jego dowództwem. Że jednak i nad 5-ą i 15-ą miał władzę, wypływa z c. 25: *ducem... permisit*, i z niniejszego *addit.* 2-o *Obsessis*: w przeszłości i przyszłości (c. 36: *Civilis... circumsedit*); teraz obleganemi nie są, wedle c. 34: *Vocula... immineret.*

Profecti... toleraturos. 1-o *Profecti*: do Gelduby. 2-o *Legatorum*: Hordeoniusowi zarzucali zdradę w cc. 19, 24, 25, 27, Gallusowi w c. 27, Voculi w c. 34.

At... querebantur. 1-o *Desertos*: *scil. se.* 2-o *Que*: tak w rękopisach; odnosi się do *querebantur*, i wiąże takowe z *fremebant* (*s. v. si... relinquerentur* I 65). 3-o *Parte legionum*: 5-ej i 15-ej; odnosi się do *mille... legionibus* i do *plures.*

Duplex... abnuentibus. 1-o *Aliis* (*revocantibus*): którzy zostali w Castra Vetera. 2-o *Aliis... fremebant: scil. delectos... profecti.*

Circumsedit: od *circumsido.*

Sed: odtąd do c. 37 *sequun-*

in exitium ducum accendebatur, et, adventu quintanorum quintadecumanorumque auctae, legiones donativum exposcunt, conperto pecuniam a Vitellio missam. nec diu cunctatus Hordeonius nomine Vespasiani dedit, idque praecipuum fuit seditionis alimentum. effusi in luxum et epulas et nocturnos coetus veterem in Hordeonium iram revocant, nec ullo legatorum tribunorumve obsistere auso, quippe omnem pudorem nox ademerat, protractum e cubili interficiunt. eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu, per tenebras ignoratus,evasisset.

XXXVII. Ubi, sedato impetu, metus rediit, centuriones cum epistulis ad civitates Galliarum misere auxilia ac stipendia oraturos; ipsi, ut est vulgus sine rectore, praeceps pavidum socors, adventante Civile, raptis temere armis ac statim omissis, in fugam vertuntur. res adversae discordiam peperere, iis, qui e superiore exercitu erant, causam suam dissociantibus. Vitellii tamen

tur wszystko odbywa się w Novaesium.

Id (*que*): że dał, stało się powodem do *effusi... coetus*, że imieniem Vespasianusa, stało się powodem do gniewu (*iram*), i ostatecznie zabójstwa Hordeoniusa.

Revocant: *i. e. renovant*; tak w rękopisach; tak *Ann.* I 20, XII 12, XIV 48, *Agr.* 3.

Ipsi... vertuntur. 1-o *Sine rectore*: *scil. interfecto Hordeonio, profugo Vocula* (c. 36: *nec... auso* i *eadem... evasisset*). 2-o *Adventante:* od Gelduby ku Novaesium (c. 36: *Civilis... certavit*). 3-o *In fugam:* z pola do obozu w Novaesium.

Res... dissociantibus. 1-o *Adversae*: c. 36: *Civilis... certavit*, 37*: in fugam vertuntur.* 2-o *Discordiam: scil. ab altera parte eorum qui ex superiore, ab altera qui ex inferiore exercitu erant.* 3-o *Iis... erant:* wybrańcy z legii 4-ej i 22-ej. 4-o *Causam... dissociantibus: scil. a causa eorum, qui ex inferiore exercitu erant, nempe mille* (*resp. plurium*) *delectorum e legionibus 5-a et 15-a, legionum 1-ae et 16-ae.*

Vitellii... occidisset. 1-o *In castris:* w Novaesium. 2-o *Repo-*

imagines in castris et per proximas Belgarum civitates repositae, cum iam Vitellius occidisset. dein mutati in paenitentiam primani, quartanique et duoetvicensimani Voculam sequuntur; apud quem resumpto, Vespasiani, sacramento ad liberandum Mogontiaci obsidium ducebantur. discesserant obsessores, mixtus ex Chattis Usipis Mattiacis exercitus, satietate praedae nec incruenta re: via dispersos et nescios miles noster invaserat. quin et loricam vallumque per fines suos Treveri struxere, magnisque in vicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga populum Romanum merita, mox rebelles, foedarent.

sitae: *scil. ab iis, qui ex inferiore exercitu erant.* 3-o *Cum: s. v. vinctus... vinxissent* 3-o II 26. 4-o *Occidisset:* antyteza obrazowa względem *repositae*. Że *cum... occidisset* wyjęte jest z myśli, nawet mowy tych, którzy podobizny przywrócili, wskazówką *conjunctivus*. Tak samo c. 54: *Vitellianae... malle,* chociaż te legie wiedziały o śmierci Vitelliusa, co wyrażono przez (c. 54) *mors... bellum.*

Mutati... sequuntur. 1-o *Mutati in poenitentiam:* skrucha niedotyczy obalenia podobizn Vitelliusa, gdyż *quartani* i *duoetvicensimani*, jako *ex superiore exercitu*, winy tej się niedopuścili; odnosi się więc rzeczowo do winy wszystkim, stojącym w Novaesium, wojskom wspólnej, opisanej w c. 36: *effusi... evasisset*, a gramatycznie nietylko do *primani*, ale też do *quartani* i do *duoetvicensimani*; a *versi... Voculam* odnosi się nietylko do *sequuntur* ale i do *ducebantur*. Legia 16-a, która do buntu należała, tu pominięta, ponieważ w swym obozie, w Novaesium, zostaje, więc do niej ani *sequuntur*, ani *apud... ducebantur* się niestosuje; z Novaesium wyjdzie dopiero w c. 62: *legio... jubetur.* 2-o *Sequuntur*: ze względu na *apud... ducebantur* biorę w znaczeniu materjalnego postępowania za kimś.

Apud... ducebantur. 1-o *Sacramento*: powszechnie rozumiane w znaczeniu przysięgi; mylnie; bo *quartani* i *duoetvicensimani*, będąc *ex superiore exercitu*, Vespasianowi się nie sprzeniewierzyli, więc mu przysięgać niepotrzebowali, *primani*, niepowiedziano, żeby byli, przywracając podobizny Vitelliusa, jemu przysięgli. Biorę więc w znaczeniu

XXXVIII. Interea Vespasianus iterum ac Titus consulatum absentes inierant, maesta et multiplici metu suspensa civitate, quae super instantia mala falsos pavores induerat, descivisse Africam res novas moliente L. Pisone. is provinciae nequaquam turbidus ingenio; sed, quia naves saevitia hiemis prohibebantur, vulgus alimenta in dies mercari solitum, cui una ex re publica annonae cura, clausum litus, retineri commeatus, dum timet, credebat, augentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant, nec victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates, externis quoque bellis inexplebiles, nulla umquam civilis victoria satiavit.

służby wojskowej (*s. v. miles... agitatur* 3-o I 5). Buntem opisanym w c. 36 porzucili wszelką służbę, co zaznaczono w c. 37 przez *sine rectore;* teraz wracają do służby (*resumpto sacramento*); a dodatkowo powiedziano, z naciskiem na *Vespasiani*, że uczynili to pod sztandarami nie Vitelliusa ale Vespasiana. 2-o *Ad... obsidium: Liv.* XXV 18: *ad Capuae liberandum obsidium.* Z stojących tam legii 4-ej i 22-ej wyszli tylko *lecti* (c. 24: *Flaccus... celeraret*).

Pavores induerat: tak II 20, IV 57, *Ann.* II 15 *deditionem induerint*, VI 20 *qualem diem Tiberius induisset*, XVI 28 *proditorem... induisset.*

Is... ingenio: przed *provinciae* dodawane *proconsule* albo *praeerat*; niepotrzebnie; *provinciae* odnosi się do *ingenio.* Że *provincia Africa* była Vespasianowi przeciwną, wiemy z II 97: *quippe... conjectabatur*, IV 49: *nec... fuisse.* Niezrozumienia powodem przestawa wyrazu *provinciae* przed zamiast po *nequaquam... ingenio* (*s. v. si... relinquerentur* I 65). Że Piso niebył *turbidus*, dowodem c. 49: *quidam... oreretur.*

Sed... satiavit. 1-o *Prohibebantur: scil. a portu ostiensi.* 2-o *Ex republica*: z zarządu rzeczy pospolitej; I 50: *pars*(...) *reipublicae.* 3-o *Clausum... commeatus: scil. a Pisone in portu Africae provinciae.* 4-o *Vitellianis*: *scil. Romae agentibus.* 5-o *Nec:* tak w rękopisach; w połączeniu z *quidem* w I 66. 6-o *Victoribus*: *scil. Flavianis;* pojęcie to w *quorum* zamienia się na ogólne. 7-o *Nulla... satiavit*: pragnęli nowej obywatelskiej wojny przeciw Pisonowi.

XXXIX. Kalendis Ianuariis in senatu, quem Iulius Frontinus praetor urbanus vocaverat, legatis exercitibusque ac regibus laudes gratesque decretae, et Tettio Iuliano praetura, tamquam transgredientem in partes Vespasiani legionem deseruisset, ablata, ut in P.otium Griphum transferretur, Hormo dignitas equestris data, et mox, eiurante Frontino, Caesar Domitianus praeturam cepit: eius nomen epistulis edictisque praeponebatur, vis penes Mucianum erat, nisi quod pleraque Domitianus, instigantibus amicis aut propria libidine, audebat. sed praecipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque Arrio, quos recentes clarosque rerum fama ac militum studiis etiam populus fovebat, quia in neminem, ultra aciem, saevierant; et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregiis maioribusque et fraterna imagine fulgentem, ad capessendam rem publicam hortatus, haud defutura consciorum manu, ni Scribonianus abnuisset, ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta. igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in senatu laudibus cumulatum secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans, discessu Cluvii Rufi vacuam: simul amicis eius tribunatus praefecturasque largitur. dein, postquam inanem animum spe et cupidine inpleverat, vires abolet, dimissa in hiberna legione septima, cuius flagrantissimus in Antonium

Tettio... transferretur: II 85, III 52.

Libidine: chuć (władzy), ze względu na c. 86: *Domitianus... foret*; tak *libidines* w c. 68.

Et... incerta. 1-o (*Majoribus*)*que*: tak w w rękopisach; odpowiada następnemu *et*. Tak *que* doczepione do wyrazu następującego po tym, do którego, tu *egregius*, powinnoby być doczepionem, w *Nep. Cato* 1, *Cic. off.* I 26, *id. fin.* I 1. 2-o *Fraterna: scil. fratris, a Galba adoptati.* 3-o *Adeo: i. e. multo magis;* tak I 9, III 39, 64, IV 80.

amor: et tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Suriam remissa; pars exercitus in Germanias ducebatur. sic egesto, quidquid turbidum, redit urbi sua forma, legesque et munia magistratuum.

XL. Quo die senatum ingressus est Domitianus, de absentia patris fratrisque ac iuventa sua pauca et modice disseruit, decorus habitu, et, ignotis adhuc moribus, crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. referente Caesare de restituendis Galbae honoribus, censuit Curtius Montanus, ut Pisonis quoque memoria celebraretur. patres utrumque iussere: de Pisone irritum fuit. tum sorte ducti, per quos redderentur bello rapta, quique aera legum, vetustate delapsa, noscerent figerentque, et fastos, adulatione temporum foedatos, exoneraı ent, modumque publicis inpensis facerent. redditur Tettio Iuliano praetura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse; Gripho honor mansit. repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et Publium Celerem placuit, damnatusque Publius et Sorani manibus satis factum. nsignis publica severitate dies ne privatim quidem laude caruit: iustum judicium explesse Musonius videbatur.

Familiaris Arrio: Arrius służył był w Armenii (*Ann.* XIII 9) wraz z Syryjskiem wojskiem, więc i z 3-ą legią (II 74: *tertiam... transierat*).

Forma: *i. e. legesque... magistratuum*; ustrój prawnopolityczny; tak w c. 8, III 47.

Quo... est. 1-o *Die*: posiedzenie; trwać będzie do końca c. 43. 2-o *Ingressus*: jako *praetor urbanus* (c. 39). *Ingredi* o inauguracyjnem obejmowaniu urzędu w I 32.

Fastos... exonerarent. 1-o *Fastos*: *scil. non omnes, sed qui foedati erant.* 2-o *Exonerarent*: *i. e. auferrent* (*s. v. quidam... exoneratam* 3-o V 2).

Redditur... mansit: c. 39.

Repeti... placuit: c. 10. Rozprawy aż do c. 44 *incl.* opisane, mają swe źródło prawne w *senatus consultum*, o którem II 10*: censuerant... noscerentur.*

diversa fama Demetrio, Cynicam sectam professo, quod manifestum reum ambitiosius quam honestius defendisset: ipsi Publio neque animus in periculis neque oratio subpeditavit. signo ultionis in accusatores dato, petit a Caesare Iunius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset. consulendum tali super re principem respondit.

XLI. Senatus, inchoantibus primoribus, ius iurandum concepit, quo certatim omnes magistratus, ceter , ut sententiam rogabantur, deos testes advocabant nihil ope sua factum, quo cuiusquam salus laederetur, neque se praemium aut honorem ex calamitate civium cepisse, trepidis et verba iuris iurandi per varias artes mutantibus, quis flagitii conscientia inerat. probabant religionem patres, periurium arguebant; eaque velut censura in Sariolenum Voculam et Nonium Attianum et Cestium Severum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos: Sariolenum et recens crimen urgue-

Diversa... defendisset. 1-o *Diversa:* przeciwna, względnie do *justum... videbatur.* 2-o *Professo:* *i. e. jactanti, prae se ferenti*; tak I 1, III 51, IV 10. 3-o *Reum: scil. Celerem.* 4-o *Ambitiosius quam honestius:* złej sprawy się podjął, żeby, jeśli wygra, stać się o tyle sławniejszym.

Oratio: scil. facultas orandi; *Cic. Brut.* 45: *satis in eo fuit orationis atque ingenii.*

Signo... poposcisset. 1-o *Signo... dato:* wyrokiem na Celera, który był *accusator.* 2-o *Commentariorum principalium: scil. Neronis*; akta cesarskie. 3-o *Potestatem: Cic. Verr.* VI 66: *mihi tabularum... fieri potestatem.* 4-o *Per*: oznacza rozciągłość, przez ciąg komentarzy. 5-o *Nosceret: scil. senatus.* 6-o *Quisque: scil. accusator.* 7-o *Poposcisset: scil. apud Neronem.*

Religionem: sumienność (*s. v. nec... successit* 1-o I 40); w tem się objawiała, że, kto miał nieczyste sumienie, przeinaczał rotę, by nie krzywoprzysiądz.

Censura: rugi cenzorskie wyszły z użycia; dlatego *velut.*

bat, quod apud Vitellium molitus eadem foret: nec destitit senatus manus intentare Voculae, donec curia excederet. ad Paccium Africanum transgressi eum quoque proturbant, tamquam Neroni Scribonios fratres, concordia opibusque insignes, ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cuius interrogationibus fatigabatur, ultro conversus miscendo, quae defendere nequibat, societate culpae invidiam declinavit.

XLII. Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messalla adeptus est, nondum senatoria aetate, ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium extulerat: sponte, ex senatusconsulto, accusationem sub-

In... declinavit. 1-o *Vibium:* II 10. 2-o *Miscendo*: *dativus*, zależny od *conversus*. 3-o *Declinavit: scil. in Vibium Africanus.* Trzy czasowniki z domyślnemi podmiotami, z których dwa skrajne, *fatigabatur* i *declinavit*, do inszego (*Africanus*), a środkowy „*nequibat*" do inszego (*Vibius*) podmiotu się odnoszą, obok siebie, w jednem zdaniu, dziwne. Sztuczność i niejasność tem większa, że wszystkie są w czasie przeszłym, w trzeciej osobie liczby pojedyńczej trybu oznajmującego.

Magnam... deprecari. 1-o *Eo die:* na temże posiedzeniu. 2-o *Nondum... aetate:* więc przyszedł jako prywatny obrońca. 3-o *Aquilio:* obecny w senacie, bo Curtius do niego mówi *redemisti i te.* Jako *quaestorius* (poniżej *adhuc quaestorium*) był senatorem. 4-o *Deprecari:* niewdając się w wywody prawne, prosił o przebaczenie.

Subversa... domus. 1-o *Crassorum: scil. Pisonum.* Piso, syn adopcyjny Galby, i jego bracia mieli przydomek *Crassus.* 2-o *Domus:* była *subversa* przez Regulusa, bo a., przeciw bratu Pisona, Galbinego adopcyjnego syna, skargę podnosząc (poniżej *sponte... subisse*), był powodem iż Nero go zabił (I 48: *Crassum Nero interfecerat*), b., dał *interfectori Pisonis* (adoptowanego przez Galbę) *pecuniam.*

Sponte... videbatur. 1-o *Sponte:* bez przymusu ze strony Nero-

isse, iuvenis admodum, nec depellendi periculi sed in spem potentiae videbatur; et Sulpicia Praetextata, Crassi uxor, quattuorque liberi, si cognosceret senatus, ultores aderant. igitur Messalla non causam neque reum tueri: sed periculis fratris semet opponens, flexerat quosdam. occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut post caedem Galbae datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo, adpetitumque morsu Pisonis caput obiectaret. „hoc certe'' inquit „Nero non coegit, nec dignitatem aut salutem illa saevitia redemisti. sane toleremus istorum defensiones, qui perdere alios quam periclitari ipsi maluerunt: te securum reli-

na. 2-o *Ex senatus consulto:* tak z niektórymi rozumiem rękopiśmienne *e* x^sc. Jest to *senatus consultum* wzmiankowane w II 10. Niektórzy wyrzucają, drudzy zamieniają na *Caesaris*, insi na *senum consularium.* Jest objaśnieniem wyrazu *sponte*, który, jak ztąd widać, użyty był w *senatus consultum.* Uchwała opiewała, że, kto dobrowolnie oskarżał, ten podpadał karom: więc podsądni, dowiódłszy przymusu, bywali uniewinniani. Dowód bywał przyjmowany albo odrzucany wedle wpływu podsądnych: II 10: *id... validum.* Takiem dopiero rozumieniem c. 42 nabiera jasności.

Crassi: zabitego przez Nerona.

Igitur... tueri: widzi oburzenie senatu przeciw Regulusowi (*Regulum... videbatur*); więc (*igitur*) niewdaje się w prawnicze wywody za bratem, jako prawnie oskarżonym (*Messalla... tueri*), ale osobistemi go broni, jego winom swoje zasługi przeciwstawia.

Progressus... objectaret. 1-o *Interfectori:* który miał w przyszłości stać się *interfector*; tak II 64; tak *percussor* w II 68. 2-o *Adpetitum(que): Plin. h. n.* XI 103: *dextra osculis aversa appetitur.* 3-o *Morsu:* zębami, szczęką, paszczą, mordą; *Solinus* 35: *morsus ejus (scil. crocodili) horribili tenacitate conveniunt - stipante se dentium serie pectatim.*

Hoc... redemisti. 1-o *Hoc*: odnosi się do *coegit*; *Verg. Aen.* III 56: *quid non mortalia pectora cogis.* 2-o *Redemisti: Cic. pro Sul.* 11: *ego... statum orbis terrae... quinque hominum... perditorum poena redemi.*

querat exul pater et divisa inter creditores bona, nondum honorum capax aetas, nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. libidine sanguinis et hiatu praemiorum ignotum adhuc ingenium et nullis defensionibus expertum caede nobili inbuisti, cum, ex funere rei publicae raptis consularibus spoliis, septuagiens sestertio signatus et sacerdotio fulgens, innoxios pueros, inlustres senes, conspicuas feminas eadem ruina prosterneres, cum segnitiam Neronis incusares, quod per singulas domos seque et delatores fatigaret: posse universum senatum una voce subverti. retinete, patres conscripti, et reservate hominem tam expediti consilii, ut omnis aetas instructa sit, et, quo modo senes nostri Marcellum, Crispum, iuvenes Regulum imitentur. inve-

Divisa... timeret: odnosi się do *reliquerat*, ale coraz dalszą zeugmą.

Libidine... prosterneres. 1-o *Libidine sanguinis:* ci, których Regulus oskarżał, bywali zabijani; po nich otrzymywał część pozostałego majątku; dla tego powiedziano *hiatu praemiorum.* 2-o *Caede*: *scil. Crassi.* 3-o *Nobili*: *s. v. addidit... visendo* 2-o III 39. 4-o *Inbuisti: i. e. ignoto adhuc ingenio et nullis defensionibus experto uti incepisti*; tak III 15, *Ov. arte am.* I 654: *Phalaris tauro violenti membra Perilli torruit*; *infelix inbuit autor opus*; *id. trist.* III 11, 51: *at Phalaris: poenae mirandae repertor, ipse tuum praesens imbue, dixi, opus*; *Val. Flac.* I 69: *ignaras Cereris qui vomere terras imbuit* (*i. e. primus aravit*); tak *Verg. Aen.* VII 541: *ubi sanguine bellum imbuit*, wedle *Servius ad h. l.*: *imbuit, initiavit.* 5-o *Ex funere*: z trupa; tak II 45, *Verg. Aen.* IX 491: *quae nunc artus avolsaque membra et funus laceratum terra habet.* 6-o *Consularibus spoliis*: Crassus był *consularis.* 7-o *Signatus*: napiętnowany; tak w rękopisach; *Ov. met.* X 210: *cruor qui fusus humi signaverat herbam.* 8-o *Pueros... senes... feminas*: odnosi się do *liberi*, *Crassi*, *Orfiti*, *Sulpicia Praetextata.*

Invenit... nequitia: ogólna uwaga. *Infelix* jest *sterilis*; *Verg. G.* II 239: *tellus... frugibus infelix.*

nit etiam aemulos infelix nequitia: quid si floreat vigeatque? et quem adhuc quaestorium offendere non audemus, praetorium et consularem visuri sumus? an Neronem extremum dominorum putatis? idem crediderant, qui Tiberio, qui Gaio superstites fuerunt, cum interim intestabilior et saevior exortus est. non timemus Vespasianum: ea principis aetas, ea moderatio; sed diutius durant exempla quam mores. elanguimus, patres conscripti, nec iam ille senatus sumus, qui, occiso Nerone, delatores et ministros more maiorum puniendos flagitabat. optimus est post malum principem dies primus".

XLIII. Tanto cum adsensu senatus auditus est Montanus, ut spem caperet Helvidius posse etiam Marcellum prosterni. igitur, a laude Cluvii Rufi orsus, qui, perinde dives et eloquentiae clarus, nulli umquam sub Nerone periculum facessisset, crimine simul exemploque Eprium urguebat, ardentibus patrum animis. quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia: „imus", inquit, „Prisce, et relinquimus tibi senatum tuum: regna praesente Caesare"; sequebatur Vibius Crispus, ambo infensi, vultu diverso, Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens, donec adcursu amicorum retraherentur. cum glisceret

Visuri: tak w rękopisach.

Sed... mores. 1-o *Exempla*: *Gell.* VII 14: *veteres... exempla pro maximis gravissimisque poenis dicebant.* 2-o *Mores*: dobre; tu Vespasiana, jako przykład do naśladowania.

Nec... flagitabat: II 10: *recens... nosceretur. More majorum* winowajców sieczono rózgami, potem im odcinano głowę.

Marcellum: c. 6.

Igitur... urguebat. 1-o *Perinde; scil. ac Marcellus.* 2-o *Crimine: i. e. criminatione.* 3-o *Exemplo*: *scil. Cluvii.* 4-o *Eprium*: *scil. Marcellum.*

Quod: scil. ardere patrum animos.

Caesare: *scil. Domitiano.*

Cum... dies. 1-o *Hinc*: po stronie Helvidiusa. 2-o *Inde*: po stronie Marcellusa. 3-o *Validi*: c. 44: *accusatorum... potentia.* 4-o *Tenderent*: *i. e. contenderent.*

certamen, hinc multi bonique, inde pauci et validi pertinacibus odiis tenderent, consumptus per discordiam dies.

XLIV. Proximo senatu, inchoante Caesare de abolendo dolore iraque et priorum temporum necessitatibus, censuit Mucianus prolixe pro accusatoribus; simul eos, qui coeptam deinde omissam actionem repeterent, monuit sermone molli, et tamquam rogaret. patres coeptatam libertatem, postquam obviam itum, omisere: Mucianus, ne sperni senatus iudicium et cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium Sagittam et Antistium Sosianum, senatorii ordinis, egressos exilium, in easdem insulas redegit. Octavius Pontiam Postumiam, stupro cognitam et nuptias suas abnuentem, inpotens amoris, interfecerat; Sosianus pravitate morum multis exitiosus: ambo gravi senatus consulto damnati pulsique, quamvis concesso aliis reditu, in eadem poena retenti sunt. nec ideo lenita erga Mucianum invidia;

Proximo... accusatoribus. 1-o *Proximo... iraque*: siedm ablativów obok siebie. 2-o *Prolixe*: mową i to obszerną, nie skinieniem potakującem ręki (c. 4 *manuque*). 3-o *Accusatoribus: scil. qui, sub Nerone accusatores, nunc accusati erant.*

Eos... repeterent: *scil. Helvidium*; w c. 6 powołał Epriusa przed sąd, potem poniechał (*omisit*), w c. 43 znów sprawę wszczął (*accusationem repetiit*).

Libertatem... omisere. 1-o *Libertatem:* wolnomyślność; w tem się objawiała, że potępili Celera (c. 40), *cum adsensu* słuchali mów wolnomyślnych Montanusa, *ardentibus animis* słuchali Helvidiusa, za Helvidiusem byli *multi bonique* (c. 43). 2-o *itum: scil. a Domitiano et Muciano.*

Admissis: i. e. prave commissis; w znaczeniu rzeczownika.

Octavius... sunt. 1-o *Cognitam: scil. sibi, Sagittae*; synonym płciowego obcowania; *Iustin.* V 2: *Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognoverat.* 2-o *Quamvis... sunt:* II 2: *egens... reddiderat.*

Nec... timebantur. 1-o *Nec:* wraca do *redegit.* 2-o *Invidia: scil. civitatis*, o to, że *censuit... rogaret.* 3-o *Viles:* jeden za-

quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si reverterentur, accusatorum ingenia et opes et exercita malis artibus potentia timebantur.

XLV. Reconciliavit paulisper studia patrum habita in senatu cognitio secundum veterem morem. Manlius Patruitus senator pulsatum se, in colonia Seniensi, coetu multitudinis et iussu magistratuum, querebatur; nec finem iniuriae hic stetisse, planctum et lamenta et supremorum imaginem praesenti sibi circumdata cum contumeliis ac probris, quae in senatum universum iacerentur. vocati, qui arguebantur, et, cognita causa, in convictos vindicatum, additumque senatus consultum, quo Seniensium plebes modestiae admoneretur. isdem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus damnatur lege repetundarum, et exilio ob saevitiam.

bójcą nierządnicy, drugi wierszokletą. 4-o *Accusatorum:* byli Sariolenus, Nonius, Cestius, Paccius, Vibius, Aquilius, Eprius, Celer (cc. 10, 41—43). 5-o *Ingenia et opes:* II 10 *Vibius... ingenio*, IV 42 (*Regulus*) *septuagiens... signatus*, 43 (*Marcellus*) *dives... clarus*. 6-o *Timebantur: scil. a civitate*; bo Domitianus, Mucianus i senat okazali dla nich pobłażliwość.

Reconciliavit... morem. 1-o *Reconciliavit... cognitio: i. e. studia inter se ad concordiam reduxit.* W c. 39 *studia patrum* były między sobą zgodne; potem zaszły kłótnie, a w c. 43 powiedziano *consumptus per discordiam dies*; teraz ,,znów'' *„re”-conciliavit... cognitio*, skutkiem żądzy pokarania doznanej wspólnie zniewagi. 2-o *Paulisper:* na krótko. 3-o *Secundum... morem: scil. ex lege Cornelia de injuriis*. Odnosi się do *habita*.

Senator... querebatur. 1-o *Senator:* dla tego sprawa przed senatem. 2-o *Pulsatum:* wyrażenie *legis Corneliae*.

Praesenti sibi: jemu osobiście, w przeciwieństwie do ceremonii pogrzebowych, odbywanych wobec podobizny nieboszczyka, t. zw. *funus censorium*. W *Cic. off.* I 44 *praesentes* równorzędne z *vivi*; rzecz z niniejszą identyczna w *Cic. Quint.* 15: *huic acerbissimum vivi videntique funus ducitur*.

Cyrenensibus... saevitiam. 1-o *Cyrenensibus: dativus*; *Sen. ben.*

XLVI. Inter quae militaris seditio prope exarsit. praetorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati, et lectus in eandem spem e legionibus miles promissa stipendia flagitabat; ne Vitelliani quidem, sine multa caede, pelli poterant, sed immensa pecunia tanta vis hominum retinenda erat. ingressus castra Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit,

VI 4: *debitori suo creditor saepe damnatur*. 2-o *Exilio:* oprócz kar naznaczonych w *actio repetundarum*. Może być *ablativus*, wedle *Dig.* X 2, 3: *pecunia damnatus*, może *dativus*, wedle *Lucr.* VI 1231: *morti damnatus*. 3-o *Saevitiam:* techniczne wyrażenie prawne; stosuje się tylko do *exilio*.

Praetorianam... erat. 1-o Opisuje wypadki zaszłe przed sceną, której opis zacznie się od *ingressus* a skończy na *jubebat*, i podaje przyczyny jej, oraz dalszego rzeczy przebiegu, opisanego aż do *singuli*. 2-o *A Vitellio:* odnosi się do *dimissi* (*scil. milites*, domyślne z *militaris* i z *militiam*). 3-o *Congregati: scil. milites*; ci sami którzy byli *dimissi*. Jako pretoryanie służyli Othonowi (II 11). Vitellius ich rozpuścił: poczem zgromadzili się pod sztandary flavijskie (II 67). Stoją w Rzymie i domagają się przywilejów pretoryańskich. 4-o *Lectus... miles:* wedle II 93, 94 Vitellius z wojsk swoich utworzył 16 kohort pretoryańskich. Dwie niewyszły z Rzymu (*s. v. ceterae* III 55, *s. v. paucas* III 64); z 8-iu niedobitki z pod Narnii i Interamny poddały się Vespasianowi, i stoją w Rzymie (III 58, 60, 61 *plures... exsolverent*, 63 *abrupta... jussi*, 67, 78, 79); reszta, 6 kohort, rzuciwszy broń pod Bovillae, jest w Rzymie pod strażą trzymana (c. 2 *nec... conditi*). Żołd pretoryański przez Vitelliusa był im obiecany, ale, wedle *lectus in eandem spem*, skończyło się na nadziei; tem bardziej rządy Vespasiana odmówiły. 5-o *Stipendia:* żołd; owszem następne *stipendia* są lata służby, trzecie w tym c. 46, *stipendia* (*orant*), żołd, czwarte, (*justa*) *stipendia*, są lata służby. 6-o *Vitelliani*: w przeciwieństwie do *a Vitellio dimissi* (którzy już byli *Flaviani*), są identyczni z *lectus... miles*. 7-o *Ne... erat:* rezonowanie Mucianusa, uznane przez autora. Że jest wyjęte z myśli Mucianusa,

modicis inter se spatiis discretos. tum Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus, cetерique, per urbem et urbi vicina conquisiti, producuntur, prope intecto corpore. eos Mucianus diduci et Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim adsistere iubet. illos primus statim adspectus obstupefecerat, cum ex diverso velut aciem, telis et armis trucem, semet clausos nudosque et inluvie deformes aspicerent; ut vero huc illuc distrahi coepere,

i na jego postępowanie wpływ wywarło, widać z *ingressus castra Mucianus etc.* 8-o *Ne... quidem:* nawet Vitellijscy pretoryanie, w przeciwieństwie do tych pretoryan, którzy (*a Vitellio... congregati*), jako zgromadzeni pod sztandary Vespasiana (niżej nazwani *victores*) lepsze mieli prawa, ostrzejby ich się dopominali, i, tem bardziej, *non sine... poterant.* 9-o *Pelli: a contrario* względem *retinenda*, ma znaczenie odprawy ze służby pretoryańskiej. 10-o *Sed... erat:* tekst przez uczonych nader bystrą, niewątpliwie trafną, kombinacyą z różnych kawałków, daleko rozrzuconych, zestawiony. 11-o *Retinenda erat:* gdyby chcieć zatrzymać tak wielką ilość pretoryan, to „trzebaby" poświęcić niezmierną summę pieniędzy. Ponieważ i *ne Vitelliani... poterant*, więc Mucianus bierze się na sposób inszy. Przedwstępne rozporządzenia, tymczasowe skutki są opisane od *ingressus* do *posset*; ostateczny rezultat będzie wyrażony przez *igitur... singuli.*

Tum... corpore. 1-o *Vitelliani... ceterique: s. v. praetorianam... erat* 4-o. 2-o *Intecto:* bez zbroi nawet ochronnej; obrazowa antyteza do *suis... constituit.*

Eos... jubet. 1-o *Eos*: o których *Vitelliani... producuntur.* 2-o *Diduci:* stali kupą, przeciwnie niż *victores* (*suis... discretos*). 3-o *Germanicum... exercituum:* wszyscy tu wzmiankowani Vitellianie należą do *lectus... miles*, który wybrany był z legii Germańskich, Britańskich i innych (II 93, 94).

Illos... aspicerent. 1-o *Illos:* ci sami co *eos.* 2-o *Primus:* nim *distrahi coepere.* 3-o *Aciem... trucem: scil. praetorianos Flavianos.* 4-o *Clausos:* murami obozu. 5-o *Nudosque: scil. intecto corpore*; tak II 22, IV 64.

Ut... destinaretur. 1-o *Distra-*

metus per omnes et praecipua Germanici militis formido, tamquam ea separatione ad caedem destinaretur. prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti, suprema oscula petere, ne desererentur soli; neu pari causa disparem fortunam paterentur, modo Mucianum modo absentem principem, postremo caelum ac deos obtestari, donec Mucianus, cunctos eiusdem sacramenti, eius imperatoris milites appellans, falso timori obviam iret; namque et victor exercitus clamore lacrimas eorum iuvabat: isque finis illa die. paucis post diebus adloquentem Domitianum firmati iam excepere: spernunt oblatos agros, militiam et stipendia orant. preces erant, sed quibus contra dici non posset; igitur in praetorium accepti. dein quibus aetas et iusta stipendia, dimissi cum honore, alii ob culpam, sed carptim ac singuli: quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.

hi: to samo co *diduci* i *separatim adsistere.* 2-o *Omnes: scil. Vitellianos.* 3-o *Germanici:* bo pierwszy Vitelliusa okrzyknął.

Prensare... soli. 1-o *Prensare, innecti, petere, obtestari: scil. Germanicus miles*; odnosi się do chwili, gdy z kupy zmieszanej Germanów, Britannów i innych, *distrahi coepere.* 2-o *Petere:* fizyczne sięganie ustami, jak c. 42: *adpetitumque... caput.* Tkwi w tem jednak i duchowe, domyślne, proszenie; do tego odnosi się *ne desererentur* (*scil. a Britannis et si qui aliorum exercituum*).

Neu... iret. 1-o *Neu... paterentur: scil. Germani*; niemogło od kolegów, żołnierzy zależeć; nieodnosi się więc do *petere*, jak powszechnie przyjęto, ale do *Mucianum... obtestari.* 2-o *Pari causa: scil. ac Britanni etc., cum omnes pro Vitellio bellassent.* 3-o *Disparem fortunam: scil. ne ipsi caedem paterentur, Britannis etc. impunitate fruentibus.* 4-o *Ejus: scil. Muciani;* tak w rękopisach; zamieniane na *ejusdem;* niewłaściwie. Sens: wszyscy jesteście żołnierzami tego samego imperatora, a ten jest i moim. Właściwszem byłoby *sui*, odnosząc się do mówiącego Mucianusa (*s. v. eum* II 9). 5-o *Falso:* bezzasadny; tak c. 38 *falsos pavores.*

XLVII. Ceterum, verane pauperie, an uti videretur, actum in senatu, ut sexcenties sestertium a privatis mutuum acciperetur, praepositusque ei curae Pompeius Silvanus: nec multo post necessitas abiit, sive omissa simulatio. abrogati inde, legem ferente Domitiano, consulatus, quos Vitellius dederat, funusque censorium Flavio Sabino ductum: magna documenta instabilis fortunae summaque etiam miscentis.

XLVIII. Sub idem tempus L. Piso pro consule interficitur. ea de caede quam verissime expediam, si pauca supra petiero, ab initio, causisque talium facinorum non absurda. legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus sub divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant. mox Gaius Caesar, turbidus animi ac Marcum Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit. aequatus inter duos beneficiorum numerus, et mixtis utriusque mandatis discordia quaesita, auctaque

Dein... singuli. 1-o *Aetas:* pretoryanin w 50-u latach dostawał dymissyą. 2-o *Iusta stipendia:* dla pretoryan 16 lat służby. 3-o *Ob culpam:* dostawał dymissyą, jaką się dostaje za karę.

Ceterum: chociaż zmniejszono wydatki na pretoryan.

Funusque... miscentis. 1-o *Sabino:* III 74. 2-o *Etiam:* nawet; tak w rękopisach. 3-o *Miscentis: Cic. leg.* III 9: *omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit.*

Ea... absurda. 1-o *Si: temporale*; gdy wpierw; *Dial.* 18: *si... praedixero.* 2-o *Petiero:* tak w rękopisach; III 51: *ex... petita.* 3-o *Ab initio:* odnosi się do *petiero*, gdyż *absurdum a* jest nieznane. 4-o *Causis(que): dativus:* zależy od *absurda*; *Ann.* XII 9: *aetati... absurdum.* 5-o *(Causis)que:* wiąże *causis(que)... absurda* z *pauca*, przeto odnosi się do *absurda*.

Aequatus... quaesita. 1-o *Beneficiorum: i. e. promotionum ad militares gradus*; tak I 25. 2-o *Mandatis:* przepisy cesarskie, dawane wielkorządzcom,

pravo certamine. legatorum vis adolevit diuturnitate officii, vel quia minoribus maior aemulandi cura, proconsulum splendidissimus quisque securitati magis quam potentiae consulebant.

XLIX. Sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus, sumptuosae adulescentiae, neque modica cupiens et adfinitate Vitellii anxius. is crebris sermonibus temptaveritne Pisonem ad res novas, an temptanti restiterit, incertum, quoniam secreto eorum nemo adfuit et, occiso Pisone, plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. nec ambigitur provinciam et militem alienato erga Vespasianum animo fuisse: et quidam, e Vitellianis, urbe profugi, ostentabant Pisoni nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula ipsius et in pace suspecto tutius bellum. inter quae Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae, prospera navigatione praevenit Papirium centurionem a Muciano missum, adseveravitque mandata interficiendi Pisonis centurioni data: cecidisse Galerianum, consobrinum eius generumque: unam in audacia spem salutis: sed duo itinera audendi: seu mallet statim

jako norma postępowania; tak *Plin. pan.* X 111, 112.

Legatorum... consulebant. 1-o *Legatorum: scil. legionis:* liczba mnoga ze względu że następował jeden po drugim. 2-o *Diuturnitate:* zależała od woli imperatora; władza prokonsula była jednoroczna. 3-o *Minoribus... cura:* zdanie ogólne; *minores* byli *legati*. 4-o *Splendidissimus:* Afrykański prokonsulat otrzymywali najwięksi dostojnicy. 5-o *Securitati:* antyteza do *cura*; dowodem, opisane w c. 49, Pisona unikanie hazardów, i obojętność na otrzymanie władzy.

An... restiterit: Festus tu zcharakteryzowany jako warchoł, owszem Piso w c. 38 jako *provinciae nequaquam turbidus ingenio*, i cały c. 49 przedstawia go najdobitniej jako człowieka spokojnego; odnosi się więc *temptanti* do Festusa, *restiterat* do Pisona.

Adseveravitque: scil. Pisoni.

arma, seu, petita navibus Gallia, ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet, nihil ad ea moto Pisone. centurio a Muciano missus, ut portum Karthaginis attigit, magna voce laeta Pisoni omnia tamquam principi continuare, obvios et subitae rei miraculo attonitos, ut eadem adstreperent, hortari. vulgus credulum ruere in forum, praesentiam Pisonis exposcere; gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri et adulandi libidine. Piso indicio Sagittae vel insita modestia non in publicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit: centurionemque percontatus, postquam quaesitum sibi crimen caedemque comperit, animadverti in eum iussit, haud perinde spe vitae quam ira in percussorem, quod idem, ex interfectoribus Clodii Macri, cruentas legati sanguine manus ad caedem proconsulis rettulisset. anxio deinde edicto Karthaginiensibus increpitis, ne solita quidem munia usurpabat, clausus intra domum, ne qua motus novi causa vel forte oreretur.

L. Sed ubi Festo consternatio vulgi, centurionis supplicium, veraque et falsa, more famae, in maius innotuere, equites in necem Pisonis mittit. illi, raptim vecti, obscuro adhuc coeptae lucis, domum proconsulis inrumpunt, destrictis gladiis et magna pars Pisonis ignari,

Centurio... hortari: chciał spowodować Pisona, by cesarzem się ogłosił, i za to zabić (*quaesitum... caedemque*).

Quod... rettulisset. 1-o *Idem: scil. Papirius.* 2-o *Clodii: legati proconsule Africae* (I 7). 3-o *Legati: scil. Clodii.* 4-o *Proconsulis: scil. Pisonis;* urząd tensam co powyższego *legati.* 5-o *Rettulisset*: zabił w Afryce prokonsula Clodiusa, pojechał do Rzymu, i wrócił do Afryki, by nowego prokonsula zabić.

Anxio... domum. 1-o *Anxio:* nosił znamiona obawy, by Piso niebył przez Vespasiana obwiniony, że chciał się cesarzem ogłosić. 2-o *Increpitis:* za to, że chcieli go ogłosić cesarzem. 3-o *Usurpabat:* wykonywał;.tak c. 86. 5-o *Clausus: reflexivum.*

quod Poenos auxiliares Maurosque in eam caedem delegerat. haud procul cubiculo obvium forte servum, quisnam et ubi esset Piso, interrogavere: servus egregio mendacio se Pisonem esse respondit, ac statim obtruncatur. nec multo post Piso interficitur; namque aderat, qui nosceret, Baebius Massa, e procuratoribus Africae, iam tunc optimo cuique exitiosus et in causas malorum, quae mox tulimus, saepius rediturus. Festus Adrumeto, ubi speculabundus substiterat, ad legionem contendit praefectumque castrorum Caetronium Pisanum vinciri iussit, proprias ob simultates: sed Pisonis satellitem vocabat: militesque et centuriones quosdam puniit, alios praemiis adfecit, neutrum ex merito, sed ut obpressisse bellum crederetur. mox Oeensium Leptitanorumque discordias componit, quae raptu frugum et pecorum, inter agrestes, modicis principiis, iam per arma atque acies exercebantur; nam populus Oeensis, multitudine inferior, Garamantas exciverat, gentem indomitam et inter accolas latrociniis fecundam. unde artae Leptitanis res, lateque vastatis agris intra moenia trepidabant, donec interventu cohortium alarumque fusi Garamantes, et recepta omnis praeda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium ulterioribus vendiderant.

LI. At Vespasiano, post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios, cecidisse Vitellium multi, cuiusque ordinis, pari audacia fortunaque hibernum mare adgressi, nuntiavere. aderant legati regis Vologesi, qua-

Quisnam: scil. esset servus.

Nosceret: scil. quisnam esset servus et ubi esset Piso.

Nam... exciverat: scil. in auxilium; odnosi się tylko do *jam... exercebantur.*

Lateque... vendiderant. 1-o *Agris: scil. suis, Leptitanorum.* 2-o *Recepta: scil. a Leptitanis.* 3-o *Vendiderant: scil. Garamantes.*

draginta Parthorum equitum milia offerentes. magnificum laetumque tantis sociorum auxiliis ambiri neque indigere: gratiae Vologeso actae mandatumque, ut legatos ad senatum mitteret et pacem esse sciret. Vespasianus, in Italiam resque urbis intentus, adversam de Domitiano famam accipit, tamquam terminos aetatis et concessa filio egrederetur: igitur validissimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli perpetranda.

LII. Titum, antequam digrederetur, multo apud patrem sermone orasse ferunt, ne criminantium nuntiis temere accenderetur, integrumque se ac placabilem filio praestaret: non legiones, non classes proinde firma imperii munimenta quam numerum liberorum: nam amicos tempore fortuna, cupidinibus aliquando aut erroribus imminui transferri desinere, suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime principibus, quorum prosperis et alii fruantur, adveısa ad iunctissimos pertineant: ne fratribus quidem mansuram concordiam, ni parens exemplum praebuisset. Vespasianus, haud aeque Domitiano mitigatus quam Titi pietate gaudens, bono esse animo iubet belloque et armis rem publicam attollere: sibi pacem domumque curae fore. tum celerrimas navium, frumento onustas, saevo adhuc mari committit: quippe tanto discrimine urbs nutabat, ut decem, haud amplius, dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere.

Vespasiano: w Aleksandryi (III 48).

Igitur... perpetranda: jako skutek, *reliqua... perpetranda* odnosi się do *post... offerentes,* zaś *validissimam... tradit* do *in... intentus.*

Indiscretum: i. e. indiscernendum, qui discerni non potest, non debet; tak III 47; *Verg. Aen.* X 392: *proles indiscreta suis(...) parentibus.*

LIII. Curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres. ab eo contracti haruspices monuere, ut reliquiae prioris delubri in paludes aveherentur, templum isdem vestigiis sisteretur: nolle deos mutari veterem formam. XI kalendas Iulias serena luce spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque, ingressi milites, quis fausta nomina, felicibus ramis; dein virgines Vestales cum pueris puellisque patrimis matrimisque aqua... e fontibus amnibusque hausta pluere. tum Helvidius Priscus praetor, praeeunte Plautio Aeliano pontifice, lustrata bovetaurilibus area et super caespitem redditis extis, Iovem Iunonem Minervam praesidesque imperii deos precatus, uti coeptas prosperarent sedesque suas pietate hominum inchoatas divina ope attollerent, vittas, quis ligatus lapis innexique funes erant, contigit; simul ceteri magistratus et sacerdotes et senatus et eques et magna pars populi, studio laetitiaque conixi, saxum ingens traxere, passimque iniectae fundamentis argenti et

Pluere: tak w rękopisach; *Cic. nat. de.* II 43: ὕειν *enim est pluere*, a ὕειν znaczy wilżyć, maczać; niepotrzebnie zamieniane na *perluere.*

Praetor... contigit. 1-o *Bovetaurilibus:* tak w rękopisach. Niepotrzebnie zamieniane na *suovetaurilibus.* Tak, wedle Henzen *ac. fr. arv.* str. 91, Galba przy adopcyi Pisona złożył w ofierze *bovem marem* (wołu) i *taurum*, bez wzmianki ani o *sus* ani o *ovis.* 2-o *Redditis: Verg. G.* II 194: *reddimus exta.* 3-o (*Praesides*)*que: explicativum.* 4-o *Coeptas:* tak w rękopisach; odnosi się do *sedes.* 5-o *Sedesque suas:* świątynia Capitolińska, składała się z trzech poświęconych trzem wyżej wzmiankowanym bóstwom.

Et (*magna*)*:explicativum;* utożsamia *ceteri... eques* z *magna... populi.*

Argenti... victae. 1-o (*Argenti*) *et:* tak w rękopisach; odpowiada następnemu *et.* 2-o *Victae:* tak *Verg. G.* III 560.

aurique stipes et metallorum primitiae, nullis fornacibus victae, sed ut gignuntur: praedixere haruspices, ne temeraretur opus saxo aurove in aliud destinato: altitudo aedibus adiecta: id solum religio adnuere et prioris templi magnificentiae defuisse credebatur.

LIV. Audita interim per Gallias et Germaniasque mors Vitelli duplicaverat bellum: nam Civilis, omissa dissimulatione, in populum Romanum ruere, Vitellianae legiones vel externum servitium quam imperatorem Vespasianum malle. Galli sustulerant animos, eandem ubique exercituum nostrorum fortunam rati, vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi; paria de Britannia fingebantur. sed nihil aeque quam incendium Capitolii, ut finem imperio adesse crederent, inpulerat. captam olim a Gallis urbem, sed integra Iovis sede mansisse imperium, fatali nunc igne signum caelestis irae datum, et possessionem

Id: względnie do *adnuere* przypadek czwarty, do *credebatur* pierwszy.

Audita... bellum. 1-o *Et*: s. v. *si... relinquerentur* I 65. 2-o *Duplicaverat: i. e. auxerat*; *Cic. fam.* XVI 21: *in dies magis magisque... duplicetur opinio.*

Civilis... malle. 1-o *Dissimulatione*: c. 13: *Vespasiani... praetendit.* 2-o *Vitellianae*: dotychczas czynne były w niniejszej wojnie 1-a 5-a 15-a 16-a, wybrańcy z 4-ej i 22-ej; są obecnie *Vitellianae* 5-a 15-a 16-a. Dowód: a., wszystkie (z 5-ej i 15-ej tylko *delecti*, wedle c. 35: *addit... profecti*) w c. 36 (*nec... evasisset*) zbuntowały się przeciw władzy sprawowanej imieniem Vespasiana; b., w c. 37 (*mutati... sacramento*) 1-a 4-a 22-a wróciły pod sztandary Vespasiana; c., *a contrario* wybrańcy z 5-ej i 15-ej i 16-a są *Vitelliani;* d., 5-a i 15-a nigdy się Vitelliusowi niesprzeniewierzyły, a w c. 21 o nich powiedziano *mittitque... retenturos.*

Sarmatis: do nich *Moesica* (I 79: *Roxolani... inruperant*), więc do *Dacis* odnosi się *Pannonica;* z czego wypływa, że w III 46: *expugnatis... hibernis*, przez *hiberna* należy rozumieć *Pannonica.*

rerum humanarum transalpinis gentibus portendi, superstitione vana Druidae canebant; incesseratque fama primores Galliarum, ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse, ne deessent libertati, si populum Romanum continua civilium bellorum series et interna mala fregissent.

LV. Ante Flacci Hordeonii caedem nihil prorupit, quo coniuratio intellegeretur: interfecto Hordeonio commeavere nuntii inter Civilem Classicumque, praefectum alae Treverorum. Classicus nobilitate opibusque ante alios: regium illi genus et pace belloque clara origo; ipse e maioribus suis hostis populi Romani quam socius, iactabat. miscuere sese Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, hic Lingonus, Tutor ripae Rheni a Vitellio praefectus. Sabinus super insitam vanitatem falsae stirpis gloria incendebatur, proaviam suam divo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuisse. hi, secreti, sermonibus animos ceterorum scrutari; ubi, quos idoneos rebantur, conscientia obstrixere, in colonia Agrip-

Britannia: III 45.

Transalpinis... canebant. 1-o *Transalpinis*: powiedziano ze stanowiska autora. 2-o *Canebant: i. e. vaticinabantur.*

Primores... libertati: scil. Classicum, Tutorem, Sabinum (c. 55); skutkiem tej *conjuratio* będzie powstanie Gallów.

Hostis... socius: *i. e. hostem... potius quam socium esse.* Tak *Verg. Aen.* II 377: *sensit medios delapsus in hostes* znaczy *se medios delapsum esse in hostes.* Tak domyślne *potius* w III 60 *praedae quam,* 70 *domum(...) quam,* IV 76 *contiones quam,* 83 *voluptatem quam,* V 5 *condere quam.*

Miscuere... praefectus. I-o *Miscuere sese*: *scil. Civili et Classico.* 2-o *Hic Trevir hic Lingonus*: Tutor był *Trevir* (c. 58: *Tutorin Trevero*), więc Sabinus *Lingonus*; tak *Ann.* II 77; *Verg. ecl.* IV 56: *huic mater quamvis atque huic pater adsit.*

Falsae: *i. e. spuriae*; tak νοθος ma oba znaczenia.

Secreti... scrutari. 1-o *Secreti*: tak w rękopisach. 2-o *Ceterorum: scil. primorum Galliarum.*

pinensi in domum privatam conveniunt: nam publice civitas talibus inceptis abhorrebat; ac tamen interfuere quidam Ubiorum Tungrorumque: sed plurima vis penes Treveros ac Lingonas: nec tulere moras consultandi: certatim proclamant furere discordiis populum Romanum, caesas legiones, vastatam Italiam, capi cum maxime urbem, omnis exercitus suis quemque bellis distineri: si Alpes praesidiis firmentur, coalita libertate dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint.

LVI. Haec dicta pariter probataque: de reliquis Vitelliani exercitus dubitavere. plerique interficiendos censebant turbidos, infidos, sanguine ducum pollutos: vicit ratio parcendi, ne sublata spe veniae pertinaciam accenderent; adliciendo potius in societatem, legatis tantum legionum interfectis, ceterum vulgus conscientia scelerum et spe impunitatis facile accessurum. ea primi consilii forma: missique per Gallias concitores belli; simulatum ipsis obsequium, quo incautiorem Voculam opprimerent. nec defuere qui Voculae nuntiarent: sed vires ad coercendum deerant, infrequentibus infidisque legionibus. inter ambiguos milites et occultos hostes optimum e praesentibus ratus mutua dissimulatione et isdem, quibus petebatur, grassari, in coloniam Agrippinensem descendit. illuc Claudius Labeo, quem captum

Dispecturas: domysł, jeden z wielu.

Pariter: i. e. simul; tak *Caes. b. c.* c. 52.

Reliquis: *scil. viris, militibus;* tak w rękopisach; do tegoż domysłu odnoszą się następne *interficiendos*, *turbidos*, *infidos*, *pollutos*.

Adliciendo: tak w rękopisach.

Forma: treść, osnowa; tak *Ann.* IV 39, XV 24.

Simulatum... opprimerent 1-o *Ipsis*: którzy powzięli postanowienie, *consilium* (*s. v. sibi* I 27). 2-o *Voculam:* w Moguntiacum (c. 37).

Mutua: tylko Voculi; odwzajemniona; tak III 33.

Claudius.., perfugit. 1-o *Claudius*:

et... amandatum in Frisios diximus, corruptis custodibus perfugit; pollicitusque, si praesidium daretur, iturum in Batavos et potiorem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum, accepta peditum equitumque modica manu, nihil apud Batavos ausus, quosdam Nerviorum Baetasiorumque in arma traxit, et furtim magis quam bello Canninefates Marsacosque incursabat.

LVII. Vocula, Gallorum fraude inlectus, ad hostem contendit. nec procul Veteribus aberat cum Classicus ac Tutor, per speciem explorandi praegressi, cum ducibus Germanorum pacta firmavere. tumque primum, discreti a legionibus, proprio vallo castra sua circumdant, obtestante Vocula, non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sit: superesse fidas provincias, victores exercitus, fortunam imperii et ultores deos: sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse: eadem rursus nomina, eadem fata, ruptores foe-

Batawczyk w służbie rzymskiej (c. 18). 2-o *Perfugit:* rzecz dawniejsza; dla widzenia się z nim Vocula do Colonii się udaje.

Vocula... contendit. 1-o *Gallorum*: Classicusa i Tutora. 2-o *Ad hostem*: przeciw Civilisowi (c. 36: *interim... circumsedit*).

Ducibus: scil. qui Vetera obsidebant.

Sacrovirum... concidisse. 1-o *Sacrovirum*: wódz Aeduów przeciw Rzymowi (*Ann.* III 40—46). 2-o *Gallias*: które po stronie Vindexa walczyły.

Eadem... expectarent: 1-o *Eadem* (*nomina*): *scil. ac Aeduorum et Gallorum, qui pro Vindice bellassent, nempe ruptorum foederum.* 2-o *Rursus*: odnosi się do *eadem nomina;* nie do *expectarent*, gdyż owszem Treverzy i Lingoni w wojnie Vindexa walczyli po stronie rzymskiej i zwyciężyli (c. 69: *constat... steterant*), więc wtenczas niezasłużyli na miano *ruptores foederum.* 3-o *Nomina*: tego jest bliższem omówieniem *ruptores foederum*, które właściwie powinnoby stać bezpośrednio po *nomina* (*s. v. si... relinquerentur* I 65). Niedopatrzenie tej inwersyi sprawia, iż rękopiśmienne *nomina*

derum, expectarent: melius divo Iulio divoque Augusto notos eorum animos: Galbam et infracta tributa hostiles spiritus induisse: nunc hostes, quia molle servitium; cum spoliati exutique fuerint, amicos fore. haec halve ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere Novaesium concedit: Galli duum milium spatio distantibus campis consedere; illuc commeantium centurionum militumque emebantur animi, ut, flagitium incognitum! Romanus exercitus! in externa verba iurarent, pignusque tanti sceleris nece aut vinculis legatorum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam suadebant, audendum ratus, vocata contione, in hunc modum disseruit.

powszechnie bywa zamieniane na *numina*. *Plurale „nomina"* tłomaczy się dwoistością podmiotu *Treveri* i *Lingones*, do których odnosi się *expectarent*. Taksamo niewłaściwie *nomen* zamieniane na *numen* w *Ann.* I 73. 4-o *Foederum*: stosunek Gallów do Rzymu tymże wyrazem oznaczony w IV 67 (*bis*), 76, 77. 5-o *Eadem fata*: Aeduowie pobici, Vindex się zabił, Gallów legło dwadzieścia tysięcy.

Melius... animos: scil. quam Galbae, qui infregisset tributa (I 8); owszem Iulius i Augustus takowe nałożyli.

Galbam... induisse. 1-o *Infracta tributa*: *scil. a Galba.* Sequanowie, Aeduowie i insi Gallowie pod Vindexem bunt podnieśli, niby przeciw Neronowi, w rzeczy przeciw Rzymowi; Galba, jako wróg Nerona, za to ich uwolnił od $\frac{1}{4}$ podatków, i dał obywatelstwo rzymskie (I 8, 51). To Gallów nauczyło, że można za bunt przeciw Rzymowi otrzymać nagrodę, i teraz duchem wrogim przeciw Rzymianom natchnęło nawet Treverów i Lingonów, którzy, wtenczas od Galby ukarani utratą ziem, za to, że po stronie Rzymian przeciw Vindexowi walczyli, teraz przeciw Rzymowi się burzą (I 53). 2-o *Induisse*: *scil. iis*, wedle poprzedniego *eorum*; taksamo do następnego *cum... fore* należy domyślać *ii* i *eos*; rozumieć należy *Treveris Lingonibusque*. *Induisse* znaczy *indidisse*, jak w *Dial.* 6, *Gell.* II 29: *res salubriter... animadversas in mentes...*

LVIII. „Numquam apud vos verba feci aut pro vobis sollicitior aut pro me securior: nam mihi exitium parari libens audio, mortemque, in tot malis ostium, ut finem miseriarum expecto: vestri me pudet miseretque, adversus quos non proelium et acies parantur: id enim fas armorum et ius hostium est: bellum cum populo Romano vestris se manibus gesturum Classicus sperat, imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat: adeo nos, si fortuna in praesens virtusque deseruit, etiam vetera exempla deficiunt, quotiens Romanae legiones perire praeoptaverint, ne loco pellerentur: socii saepe nostri excindi urbes suas seque cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt: neque aliud pretium exitus quam fides famaque: tolerant cum maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promissis demoventur: nobis, super arma et viros et egregia castrorum munimenta, frumentum et commeatus quamvis longo bello pares: pecunia nuper etiam donativo suffecit, quod, sive a Vespasiano sive a Vitellio datum interpretari mavultis, ab imperatore certe Romano accepistis: tot bellorum victores, apud Geldubam apud Vetera fuso totiens hoste, si pavetis aciem, indignum id quidem, sed

induit; XII 5: *natura... induit nobis amorem nostri.*

Ostium: w rękopisie *hostium*. Wszyscy uznają, że niema sensu, i rozmaicie inaczą. Jest, piękną metaforą, *ostium*, przystań, miejsce spoczynku i bezpieczeństwa po burzliwej żegludze. De Vit (*lex.*) s. *v. ostium* wzmiankuje, że *etiam cum aspiratione „hostium" scribitur*. Szeroko o takiem *h* rozpisuje się *Gell.* II 3 (*s. v. dispersi haud cupidine praedae* 1-o I 79).

Imperiumque... Galliarum. 1-o *Imperium*: odnosi się do *Galliarum*; jest panowanie Gallii, Gallów; tak w c. 59; owszem w c. 57 (odpowiednio jak I 25 *imperium populi romani*) panowaniem nad Galliami. 2-o *Sacramentum*: odnosi się do c. 57: *Galli... iurarent.*

est vallum murique et trahendi artes, donec e proximis provinciis auxilia exercitusque concurrant: sane ego displiceam: sunt alii, legati, tribuni, centurio, denique aut miles, ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulgetur, vobis satellitibus Civilem et Classicum Italiam invasuros. an, si ad moenia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriae inferetis? horret animus tanti flagitii imagine. Tutorin Trevero agentur excubiae? signum belli Batavus dabit? et Germanorum catervas supplebitis? quis deinde sceleris exitus, cum Romanae legiones contra derexerint? transfugae e transfugis et proditores e proditoribus inter recens et vetus sacramentum invisi deis errabitis! te, Iuppiter Optime Maxime, quem per octingentos viginti annos tot triumphis coluimus, te, Quirine, Romanae parens urbis, precor venerorque, ut, si vobis non fuit cordi me duce haec castra

Trahendi: *absolute*; tak *Verg. Aen.* VII 315.

Sunt... miles. 1-o *Alii*: *scil. quam ego*; ma charakter rzeczownika; tak III 22. 2-o *Legati... miles:* epexegeza wyrazu *alii.*

Patriae: *scil. urbi Romae.*

Derexerint: *i. e. se extenderint*; *auc. bel. hisp.* 29: *hinc dirigens proxima planities aequabatur.*

Transfugae... errabitis. 1-o *Transfugae e transfugis*: *scil. a Galba ad Vitellium, a Vitellio ad Vespasianum* (I 55, IV 31, 32), *a Vespasiano nunc ad Civilem et Classicum;* prócz tego, wojska niższogermańskie, tu stojące, od Vespasiana do Vitelliusa (c. 37: *iis... repositae*), a z tego wojska legia 1-a (c. 37: *mutati... sacramento*) wróciła pod sztandary Vespasiana. 2-o *Recens: scil. Galliarum* (c. 58: *sacramentum... ostentat*); w przeciwieństwie do *vetus*, które bądźcobądź było *romanum. Recens* powiedziano o hypotetycznej przyszłości.

Venerorque... sinatis. 1-o *Veneror*: *i. e. oro*; *Cic. fam.* V 17: *multa illos venerati sint contra ejus salutem.* 2-o *Ut*: w związku z następnem *ne* zbyteczne; tak I 29: *ut... esset; Cic. fin.* II 8, *id. Quint. fr.* III 2, *Suet. Cal.* 41, *Gell.* I 23. Niektórzy

incorrupta et intemerata servari, at certe pollui foedarique a Tutore et Classico ne sinatis! militibus Romanis aut innocentiam detis aut maturam et sine noxa paenitentiam"!

LIX. Varie excepta oratio inter spem metumque ac pudorem. digressum Voculam et de supremis agitantem liberti servique prohibuere foedissimam mortem sponte praevenire; et Classicus, misso Aemilio Longino desertore primae legionis, caedem eius maturavit; Herennium et Numisium legatos vinciri satis visum. dein sumptis Romani imperii insignibus in castra venit: nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere, quam ut sacramentum recitaret. iuravere, qui aderant, pro imperio Galliarum: interfectorem Voculae altis ordinibus, ceteros, ut quisque flagitium navaverat, praemiis attollit.

Divisae inde inter Tutorem et Classicum curae. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit, occisis Mogontiaci tribunis, pulso castrorum praefecto, qui detractaverant: Classicus corruptissimum quemque e deditis pergere ad obsessos iubet, veniam ostentantes, si praesentia sequerentur: aliter

ne rozumieją jakby *non.* 3-o *Haec castra: scil. Novaesii* (c. 57: *Novaesium concedit*).

Romani... insignibus: scil. romani imperatoris; tak III 68; tak poniżej *imperio* w znaczeniu panowania; do tak rozumianego *imperium* odnosi się c. 70: *velut parto imperio*; powszechnie jednak rozumiane jako dowództwo wojskowe.

Quantumque... ripam: odnosi się do, mających swe zimowiska w Moguntiacum, legii 4-ej i 22-ej; co zaznaczono (poniżej) przez *occisis... detractaverant; lecti* z nich wyszli w c. 24: *Flaccus... celeraret,* ale wrócili, wedle c. 37: *quartanique... ducebantur.*

nihil spei: famem ferrumque et extrema passuros. adiecere, qui missi erant, exemplum suum.

LX. Obsessos hinc fides, inde egestas inter decus ac flagitium distrahebant. cunctantibus solita insolitaque alimenta deerant, absumptis iumentis equisque et ceteris animalibus, quae profana foedaque in usum necessitas vertit. virgulta postremo et stirpes et internatas saxis herbas vellentes miseriarum patientiaeque documentum fuere, donec egregiam laudem fine turpi macularent, missis ad Civilem legatis vitam orantes: neque ante preces admissae, quam in verba Galliarum iurarent: tum pacti praedam castrorum; dat custodes, qui pecuniam calones sarcinas retentarent, atqui ipsos, leves abeuntes, prosequerentur. ad quintum fere lapidem coorti Germani incautum agmen adgrediuntur: pugnacissimus quisque in vestigio, multi palantes occubuere: ceteri retro in castra perfugiunt, querente sane Civile et increpante Germanos, tamquam fidem per scelus abrumperent. simulata ea fuerint, an retinere saevientes nequiverit, parum adfirmatur. direptis castris faces ini-

Classicus... sequerentur. 1-o *E deditis*: z legii 1-ej i 16-ej (*juravere... aderant*). 2-o *Obsessos:* legie 5-a i 15-a. 3-o *Ostentantes*: *scil. ostentaturos.* 4-o *Praesentia*: obecne okoliczności; tak III 69, IV 56. 5-o *Sequerentur*: *scil. rationem haberent*; tak I 46, 69.

Miseriarum... documentum: znoszenia nędz nauką, wzorem (*s. v. Hormine... degeneravere* 4-o III 28); tak c. 74.

Pacti: *scil. sunt*; tak w rękopisach.

Dat... prosequerentur. 1-o *Calones:* byli niewolnikami. 2-o *Atqui*: ale, jednak; niektórzy zamieniają na *atque*, *et qui*, *ac qui*, *dat qui*, i przytępiają tkwiące w zestawieniu *dat... retentarent* i *ipsos... prosequerentur* ostrze złośliwości. 3-o *Prosequerentur*: poczestnie odprowadzili.

In vestigio: *i. e. statim, confestim*; *Cic. Pis.* 9: *eodem et loci vestigio et temporis.*

Fidem... abrumperent: Verg. Aen. III 55: *fas omne abrumpit.*

ciunt, cunctosque, qui proelio superfuerant, incendium hausit.

LXI. Civilis, barbaro voto post coepta adversus Romanos arma propexum rutilatumque, crinem patrata demum caede legionum deposuit; et ferebatur parvulo filio quosdam captivorum sagittis iaculisque puerilibus figendos obtulisse. ceterum neque se neque quemquam Batavum in verba Galliarum adegit, fisus Germanorum opibus, et, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret, inclutus fama et potior. Munius Lupercus, legatus legionis, inter dona missus Veledae. ea, virgo, nationis Bructerae, late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas et, augescente superstitione, arbitrentur deas: tuncque Veledae auctoritas adolevit, nam prosperas Germanis res et excidium legionum praedixerat. sed Lupercus in itinere interfectus, pauci centurionum tribunorumque, in Gallia geniti, reservantur pignus societati; cohortium alarum legionum hiberna subversa cremataque, iis tantum relictis, quae Mogontiaci ac Vindonissae sita sunt.

LXII. Legio sexta decuma cum auxiliis simul deditis a Novaesio in coloniam Treverorum transgredi iubetur, praefinita die, intra quam castris excederet. medium omne tempus per varias curas egere—ignavis-

Legatus: *s. v. duarum... praeerat* c. 18.

Ea... deas. 1-o *Ea:* główny podmiot; *virgo* jest jego bliższem określeniem. 2-o *Arbitrentur*: tak w rękopisach.

Sunt: w czasie kiedy autor pisze.

Praefinita... quam. 1-o *Die*: dzień, światło dzienne, ze względu na następne *dies*; wyjść mają przed świtem, rozkaz otrzymawszy w nocy; tem obraz następny nabiera właściwej grozy. 2-o *Intra*: *i. e. cis, citra;* tak c. 2 *intra Bovillas*, *Ann.* VI 12. O takiem *intra* *Gell.* XII 13.

simus quisque caesorum apud Vetera exemplo paventes, melior pars rubore et infamia — quale illud iter? quis dux viae? et omnia in arbitrio eorum, quos vitae necisque dominos fecissent. alii, nulla dedecoris cura, pecuniam aut carissima sibimet ipsi circumdare, quidam expedire arma, telisque tamquam in aciem accingi. haec meditantibus advenit proficiscendi hora, expectatione tristior, quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis, detexit ignominiam campus et dies: revulsae imperatorum imagines, inhonora signa, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis, silens agmen et velut longae exsequiae, dux Claudius Sanctus, effosso oculo, dirus ore, ingenio debilior. duplicatur flagitium, postquam, desertis Bonnensibus castris, altera se legio miscuerat; et, vulgata captarum legionum fama, cuncti, qui paulo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisque et undique effusi, insolito spectaculo nimium fruebantur. non tulit ala Picentina gaudium insultantis vulgi, spretisque Sancti promissis aut minis Mogontiacum abeunt, ac, forte obvio interfectore Voculae Longino, coniectis in eum telis initium exsolvendae in posterum culpae fecere. legiones nihil mutato itinere ante moenia Treverorum considunt.

LXIII. Civilis et Classicus, rebus secundis sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. saevitia ingenti et cupidine

Quale... fecissent: odnosi się do *curas*; jest więc *ignavissimus... infamia* nawiasem.

Altera: legia 1-a; była *altera* względnie do 16-ej.

Ingenti: tak w rękopisach; zamieniane na *ingenii*, *ingenita*, i odnoszone do *saevitia*; rzeczywiście w tym związku *ingenti* wydaje się nieprawdopodobne. Odnoszę więc do *cupidine*, uważając *et* za przestawione po zamiast przed *ingenti*.

praedae ad excidium civitatis trahebantur: obstabat ratio belli et novum imperium inchoantibus utilis clementiae fama; Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod filium eius, primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum, honorate custodierant. sed transrhenanis gentibus invisa civitas opulentia auctuque, neque alium finem belli rebantur, quam si promisca ea sedes omnibus Germanis foret, aut disiecta Ubios quoque dispersisset.

LXIV. Igitur Tencteri, Rheno discreta gens, missis legatis mandata apud concilium Agrippinensium edi iubent; quae ferocissimus e legatis in hunc modum protulit: „redisse vos in corpus nomenque Germaniae communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agimus, vobisque gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis; nam ad hunc diem flumina ac terram et caelum quodammodo ipsum clauserant Romani, ut conloquia congressusque nostros arcerent vel, quod contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac prope nudi sub custode et pretio coiremus. sed ut amicitia societasque nostra in aeternum rata sint, postulamus a vobis, muros coloniae, munimenta servitii, detrahatis (etiam vera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur), Romanos omnes in finibus vestris trucidetis (haud facile libertas et domini miscentur): bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quicquam aut segregare causam suam possit: liceat nobis vobisque utramque ripam colere, ut olim maioribus nostris: quo modo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. instituta cultumque patrium resumite, abruptis

Coelum: powietrze, którego przewiew tamowały mury; *Lucr.* IV 132: *coelo qui dicitur aër.*

Vera animalia: tak w rękopisach; w przeciwieństwie do *homines* (*s. v. animalibus* c. 17).

voluptatibus, quibus Romani plus adversus subiectos quam armis valent. sincerus et integer et servitutis oblitus populus aut ex aequo agetis aut aliis imperitabitis".

LXV. Agrippinenses sumpto consultandi spatio, quando neque subire condiciones metus futuri neque palam aspernari condicio praesens sinebat, in hunc modum respondent: „quae prima libertatis facultus data est, avidius quam cautius sumpsimus, ut vobis ceterisque Germanis, consanguineis nostris, iungeremur. muros civitatis, congregantibus se cum maxime Romanorum exercitibus, augere nobis quam diruere tutius est. si qui ex Italia aut provinciis alienigenae in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit, vel in suas quisque sedes refugerunt: deductis olim et nobiscum per conubium sociatis, quique mox provenerunt, haec patria est, nec vos adeo iniquos existimamus, ut interfici a nobis parentes fratres liberos nostros velitis. vectigal et onera commerciorum resolvimus: sint transitus incustoditis, sed diurni et inermes, donec nova et recentia iura in vetustatem consuetudine vertantur. arbitrum habebimus Civilem et Veledam, apud quos pacta sancientur". sic lenitis Tencteris legati, ad Civilem ac Veledam missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere: sed coram adire adloquique Veledam negatum: arcebantur adspectu, quo venerationis plus inesset; ipsa edita in

In medium: i. e. in commune; tak II 5, 37; *Liv.* VI 6: *laudemque conferentes, potius in medium, quam ex communi ad se trahentes.*

Sincerus: *i. e. aliis populis, nempe Romano, non admixtus*; tak *G.* 4.

Avidius quam cautius: tak II 24 *avidius quam consultius*, IV 6 *major an justior*, 40 *ambitiosius quam honestius*, 65 *avidius quam cautius* (*Gell.* XVIII 4).

Incustoditis: *scil. ceteris Germanis*; tak w rękopisach.

Inesset: *scil. legatis.*

turre; delectus e propinquis consulta responsaque ut internuntius numinis portabat.

LXVI. Civilis, societate Agrippinensium auctus, proximas civitates adfectare aut adversantibus bellum inferre statuit: occupatisque Sunucis et iuventute eorum per cohortes composita, quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Baetasiorum Tungrorumque et Nerviorum tumultuaria manu restitit, fretus loco, quia pontem Mosae fluminis anteceperat: pugnabaturque in angustiis ambigue, donec Germani, tranatantes, terga Labeonis invasere. simul Civilis, ausus an ex composito, intulit se agmini Tungrorum et clara voce: „non ideo" inquit „bellum sumpsimus, ut Batavi et Treveri gentibus imperent: procul haec a nobis adrogantia. accipite societatem: transgredior ad vos, seu me ducem seu militem mavultis". movebatur vulgus condebantque gladios, cum Campanus ac Iuvenalis, e primoribus Tungrorum, universam ei gentem dedidere. Labeo antequam circumveniretur, profugit: Civilis Baetasios quoque ac Nervios, in fidem acceptos, copiis suis adiunxit, ingens rerum, perculsis civitatum animis vel sponte inclinantibus.

LXVII. Interea Iulius Sabinus, proiectis foederis Romani monumentis, Caesarem se salutari iubet, magnam-

Consulta responsaque: Agrippinianie Veledy o nic niepytali; więc *consulta* tu nieznaczy pytań, a temsamem *responsa* odpowiedzi. Owszem posłowie wszystko u Veledy wyjednali (*ex... perpetravere*); więc *consulta* ma tu (jak II 4, *Sall. Iug.* 11: *oportere quinquennii consulta omnia et decreta omnia rescindi*) zwyczajne znaczenie wyroków, a *responsa* im nadaje charakter wyroków boskich, jakie mają w *Dial.* 12, *G.* 8.

Adfectare: *i. e. captare, ad se trahere;* tak I 23, IV 17; *Gell.* II 39: *Gallias saepe et affectavimus et omisimus.*

Occupatisque... pergeret: odnosi się do Civilisa (*s. v. si... relinquerentur* I 65).

Monumentis: Liv. II 33: *nisi*

que et inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam; nec Sequani detractavere certamen. fortuna melioribus adfuit, fusi Lingones, Sabinus festinatum temere proelium pari formidine deseruit, utque famam exitii sui faceret, villam, in quam profugerat, cremavit. illic voluntaria morte interisse creditus; sed quibus artibus latebrisque vitam per novem mox annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam et insigne Epponinae uxoris exemplum suo loco reddemus. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit: resipiscere paulatim civitates fasque et foedera respicere, principibus Remis, qui per Gallias edixere, ut, missis legatis, in commune consultarent, libertas an pax placeret.

LXVIII. At Romae cuncta in deterius audita. Mucianum angebant nequaquam egregii duces, iam

foedus cum Latinis columna aenea insculptum monumento esset.

Principibus: *scil. primis*; tak III 24 *principes auctoresque.*

Nequaquam: tak w rękopisach. O Gallusie I 87, II 11, 23, 33, V 19 wyrażają się albo dość pochlebnie albo obojętnie, nigdy jako o *egregius dux*, tak samo III 59, 79, IV 71, 72, 78, 86, V 14, 15, 23, *Ann.* XIV 32, 33, *Agr.* 8 o Cerialisie; przygany jednak dla Cerialisa przeważają; V 21 powiada, że *parum... dabat*, że był *subitus consiliis*, tylko *eventu clarus*, że mu *artes deerant*, że *ipsi(...) minor cura disciplinae*, że *infamiam non mutavit;* c. 22 czyni mu nawet najwyższe zarzuty; więc, razem wzięci, byli *nequaquam egregii duces*, i niewłaściwie *nequaquam* zamieniane na *ne quamquam*, które miałoby sens wręcz przeciwny. Wnioski: a., *duces* odnosi się do *angebant;* b., od *Mucianum* zaczyna się zdanie; c., *at... audita*, z domyślnem *sunt*, stanowi zdanie odrębne; d., rękopiśmienne *tolerare* niewłaściwie zamieniane bywa na *tolerarent*, i odnoszone do *ne*, wziętego z *nequaquam*; e., *summam belli(...) tolerare* zależy od *parum* (*scil. est*), i jest wyjęte z myśli Mucianusa, wyrażonej przez *angebant;* f., *nec... rectore*, z domyślnem *est*, jest dalszym ciągiem myśli Mucianusa.

enim Gallum Annium et Petilium Cerialem delegerat: summam belli parum tolerare, nec relinquenda urbs sine rectore: et Domitiani indomitae libidines timebantur, suspectis, uti diximus, Primo Antonio Varoque Arrio. Varus, praetorianis praepositus, vim atque arma retinebat: eum Mucianus, pulsum loco, ne sine solatio ageret, annonae praefecit, utque Domitiani animum, Varo haud alienum, deleniret, Arrecinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano, praetorianis praeposuit, patrem eius sub Gaio Caesare egregie functum ea cura, dictitans, laetum militibus idem nomen, atque ipsum, quamquam senatorii ordinis, ad utraque munia sufficere. adsumuntur e civitate clarissimus quisque et alii per ambitiones. simul Domitianus Mucianusque accingebantur, dispari animo, ille spe ac iuventa properus, hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia aetatis et pravis inpulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret. legiones victrices..., Vitellianarum unaetvicensima, e recens conscriptis secunda Poeninis Cottianisque Alpibus, pars

Loco: urzędowe stanowisko; tak *Ann.* II 55.

Adsumuntur... ambitiones. 1-o *E civitate:* z stanu cywilnego, w przeciwieństwie do Gallusa i Cerialisa, którzy byli wojskowi. 2-o *Ambitiones*: zabiegi; tak w rękopisach.

Legiones... accitae. 1-o *Unaetvicensima*: w I 61 wyszła z Vindonissy do Italii. 2-o *Secunda*: pochodzenie niewiadome; Pfitzner Gesch. d. röm. Kaiserll. str. 224 nieprzekonywa. 3-o *Quartadecuma:* w II 66 odesłana do Britannii. 4-o Po *Britannia* następują dwie cyfry nieczytelne; prawdopodobnie *sexta* i *decuma*, bo o inszych przyszłych z Hiszpanii do końca dzieła niebędzie wzmianki, a w V 16 i 19 właśnie te dwie jako przyszłe z Hiszpanii będą wzmiankowane. Nb. V 16: *principem... factum* jest dowodem, że legia 6-a przyszła z Hiszpanii, ponieważ Galba został obwołany księciem w Hiszpanii.

monte Graio traducuntur, quartadecuma legio e Britannia, sexta ac decuma ex Hispania accitae.

Igitur venientis exercitus fama et suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates in Remos convenere: Treverorum legatio illic opperiebatur, acerrimo instinctore belli Iulio Valentino. is meditata oratione cuncta magnis imperiis obiectari solita, contumeliasque et invidiam, in populum Romanum effudit, turbidus, miscendis seditionibus, et plerisque gratus, vecordi facundia.

LXIX. At Iulius Auspex, e primoribus Remorum, vim Romanam pacisque bona dissertans, et sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cuiusque periculo geri, iamque super caput legiones, sapientissimum quemque reverentia fideque, iuniores periculo ac metu continuit, et Valentini animum laudabant, consilium Auspicis sequebantur. constat obstitisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant. deterruit plerosque provinciarum aemulatio, quod bello caput, unde ius auspiciumque peteretur, quam, si cuncta

Igitur: sięga do *suopte ingenio*, bo c. 67: *resipiscere... respicere.*

Is... facundia. 1-o *Is*: odtąd aż do c. 69 *placuere* rzecz dzieje się na radzie zebranej u Remów. 2-o *Miscendis seditionibus*: odnosi się do *is*; tak *dativus gerundivi* z należnym do niego rzeczownikiem, zależny od rzeczownika, albo, jak tu, zaimka (z domyślnym imiesłowem albo przymiotnikiem) w I 18 *comitiis dirimendis*, III 20 *expugnandis urbibus*, 49 *corrumpendae disciplinae*, 70 *inritandis... oculis*, V 19 *efficiendo ponti*; podobnie I 85 *ad... animos*, 90 *ad... implendas*. 3-o *Vecordi facundia*: odnosi się do *effudit*.

Constat obstitisse... steterant: sztuczne.

Unde: odnosi się do *caput*.

Perjuria: wiarołomce (*s. v. flagitiis* II 16); tak *Sil. It. XVII* 426. Niepotrzebnie zamieniane na *per jurgia*. Okrzyk zgrozy, jak III 15 *miles*, IV 57 *exercitus romanus*. Nazwani *perjuria*, bo gwałcili *foedera*; więc tylko do *foedera*(...) *jactantibus* się odnosi.

provenissent, sedem imperio legerent. nondum victoria, iam discordia erat, aliis foedera, quibusdam opes viresque aut vetustatem originis, perjuria! iactantibus: taedio futurorum praesentia placuere: scribuntur ad Treveros epistulae nomine Galliarum, ut abstinerent armis, impetrabili venia et paratis deprecatoribus, si paeniteret. restitit idem Valentinus, obstruxitque civitatis suae aures, haud perinde instruendo bello intentus quam frequens contionibus.

LXX. Igitur non Treveri neque Lingones ceteraeve

Restitit... aures. 1-o Uczynił to wróciwszy z narady do Treverów. Wróci w c. 70 (*haec... adventabat*); więc *restitit... aures* jest, sposobem nawiasu, wzięte z przyszłości, a wszystko do c. 70 *adigunt* dzieje się przed przyjściem Valentinusa do kraju Treverów. 2-o *Obstruxit:* z *instruendo* stanowi grę wyrazów; głuchymi uczynił (na rady przeciwne); tak *Verg. Aen.* IV 440.

Igitur... consulere. 1-o *Igitur.* A., Nieodnosi się do c. 69: *restitit... contionibus.* Dowody: a., *igitur* wiąże zależne odeń zdanie z czemciś poprzedzającem, jako skutek z przyczyną; owóż niedostatek usilności u Treverów, Lingonów i reszty ludów, i brak zgodnego postępowania u wodzów, niemoże być skutkiem postępowania Valentinusa, który na obce mu ludy (*Lingones... civitates*) niewywierał wpływu żadnego, a swoich ziomków, Treverów (c. 68: *Treverorum... Valentino*, 69: *civitatis suae*) zachęcał do wojny; b., widzieliśmy s. v. *restitit... aures* 1-o c. 69, że *restitit... aures* odnosi się do przyszłości, i że c. 70 do *adigunt* odnosi się do czasu wcześniejszego, nim *restitit.. aures*; niemoże więc *igitur... consulere* wyrażać skutku z okoliczności wyrażonej przez *restitit... aures.* B., Ztąd wniosek, że *igitur* odnosi się do przyczyn dalej wtył wyrażonych, mianowicie do c. 68: *venientis... civitates*, i c. 69: *at... paeniteret.* C., Przyczynę, dla której *non Treveri(...) pro... agere*, znajduję w c. 69: *scribuntur... paeniteret*, zaś dla której *non(...) Lingones... agere*, w c. 68: *venientis... civitatis*, i w c. 69: *Julius... placuere.* 2-o Zdaniu „*non Treveri(...) pro... agere*” nieuwłacza (niżej) „*Tutor... legionariis*”, ponieważ dotycze czynów raczej podstępnych niż mężnie wojowniczych; co zaś, jeszcze niżej w c. 70, powiedziano *Tutor...*

rebellium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agere, ne duces quidem in unum consulere; sed Civilis avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur, Classicus, segne plerumque otium trahens, velut parto imperio, fruebatur, ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere. atque interim unaetvicensima legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Raetiam inrupere; accessit ala singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. praeerat Iulius Briganticus, sorore Civilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia sunt, invisus avunculo infensusque. Tutor Treverorum copias, recenti Vangionum Caeracatium Tribocorum dilectu auctas, veterano pedite atque equite firmavit, corruptis spe aut metu subactis legionariis; qui primo cohortem praemissam a Sextilio Felice interficiunt, mox, ubi duces exercitusque Romanus propinquabant, honesto transfugio rediere, secutis Tribocis Vangionibusque et Caeracatibus. Tutor,

perfugere, to jest owszem nieodpowiedniego wielkim Treverów niebezpieczeństwom działania, wyrażonego przez *non Treveri*(...) *pro... agere*, stwierdzeniem. 3-o *Civitates*: niewszystkie były *rebelles*, gdyż (poniżej) *civitates... non exuerant*. 4-o *Ne... consulere*: nieznajduję powodu, żeby było spotęgowaniem myśli wyrażonej przez *non. . agere*, czyli żeby *ne*(...) *quidem* znaczyło „nawet (nie)"; dla tego, idąc za Greef *lex. tac. s. v. ne... quidem* Ab, biorę w znaczeniu „*nec*, też nie." Takiż powód do takiegoż wniosku skłania względem (poniżej) *ne*(*Tutor*) *quidem* (*l. c.* Bd). Przykłady takiego *ne quidem* (Greef *l. c.*) nader częste.

Sed... fruebatur. 1-o *Labeonem*: c. 66: *Labeo... profugit*. 2-o *Classicus*: c. 59: *Classicus... venit*.

Sextilius: III 5: *Sextilius... missus*.

Legionariis: *i. e. veterano... equite*.

Secutis: domysł wydawców.

Tutor... concessit. 1-o *Tutor*: idzie od górnego Rhenu (c. 70;

Treveris comitantibus, vitato Mogontiaco, Bingium concessit, fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat: sed incursu cohortium, quas Sextilius ducebat, et reperto vado proditus fususque. ea clade perculsi Treveri, et plebes, omissis armis, per agros palatur, quidam principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in civitates, quae societatem Romanam non exuerant, perfugere. legiones, a Novaesio Bonnaque in Treveros, ut supra memoravimus, traductae, se ipsas in verba Vespasiani adigunt. haec Valentino absente gesta; qui ubi adventabat furens cunctaque rursus in turbas et exitium conversurus, legiones in Mediomatricos, sociam civitatem, abscessere: Valentinus ac Tutor in arma Treveros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore spe veniae cresceret vinculum sceleris.

LXXI. Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Mogontiacum venit. eius adventu erectae spes; ipse, pugnae avidus et contemnendis quam cavendis hostibus melior, ferocia verborum militem incendebat, ubi primum congredi licuisset, nullam proelio moram facturis. dilectus per Galliam habitos in civitates remittit ac nuntiare iubet sufficere imperio legiones: socii ad munia pacis redirent, securi, velut confecto bello, quod Romanae manus excepissent. auxit ea res Gallorum obsequium; nam, recepta iuventute, facilius tributa toleravere, pro-

ne... claudere). 2-o *Vitato... Mogontiaco*: bał się zemsty (c. 59: *occisis... praefecto*).

Vado: scil. Navae, reperto a cohortibus, quas Sextilius ducebat.

Supra: c. 62: *legiones... considunt.*

Qui... abscessere. 1-o *Sociam*: w wierności dla Rzymu. 2-o *Abscessere*: z Colonia Treverorum.

Facturis: *scil. hostibus*; tak w rękopisach.

Dilectus... remittit. 1-o *Dilectus*: c. 24: *missis... concirent.* 2-o *Habitos*: trzymane. 3-o *Remittit*: do miejsc zkąd pochodziły.

niores ad officia, quod spernebantur. at Civilis et Classicus, ubi pulsum Tutorem, caesos Treveros, cuncta hostibus prospera accepere, trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne summae rei periculum faceret. eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviore itinere legiones in hostem verterent, contracto, quod erat militum Mogontiaci quantumque secum transvexerat, tertiis castris Rigodulum venit, quem locum magna Treverorum manu Valentinus insederat, montibus aut Mosella amne saeptum; et addiderat fossas obicesque saxorum. nec deterruere ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem perrumpere iuberet, equitum aciem in collem erigeret, spreto hoste quem, temere collectum, haud ita loco iuvari, ut non plus suis in virtute foret. paulum morae in adscensu, dum missilia hostium praevehuntur: ut ventum in manus, deturbati, ruinae modo praecipitantur, et pars equitum, aequioribus iugis circum-

Cerialis... insederat. 1-o *Legiones*: 1-a i 16-a (c. 70: *legiones... abscessere*). 2-o *In hostem:* do *Rigodulum.* 3-o *Quantumque... transvexerat*: c. 68: *legiones... traducuntur.* 4-o *Locum*: miejscowość i przebieg bitwy tak sobie wyobrażam. Rigodulum po jednej stronie Moselli leży, jest więc *amne saeptum*; z drugiej strony miasta są góry, więc jest *montibus saeptum.* Dostęp do miasta inszy niż wodą i górami być musi; więc jest płasko położona droga. Tę Treverowie zagradzają rowem, ziemią zeń dobytą, i zawałem kamieni. Te są *munimenta.* Rów, nasyp ziemny, wał kamienny każe Cerialis piechocie przełamać (*peditem... iuberet*). Konnicy Cerialis każe wspinać się na wzgórek. Do niej się odnosi *paulum... praevehuntur*, tj. póki (*dum*) w odległości strzału od nieprzyjaciół bokiem jechali, trochę było mitręgi. Część trzecią stanowi *pars... circumvecta*; ta bez przeszkód wtargnęła do miasta. Część konnicy, o której *paulum... praevehuntur*, dostaje się do miasta trochę później, bo, póki strzały nieprzyjacielskie jej dosięgały, doznała mitręgi.

vecta, nobilissimos Belgarum, in quis ducem Valentinum, cepit.

LXXII. Cerialis postero die coloniam Treverorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis: hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam: horum scelere clausas caesasque legiones: quid tantum Cremonam meruisse, quam e gremio Italiae raptam, quia unius noctis moram victoribus attulerit? stare in confinio Germaniae integram sedem, spoliis exercituum et ducum caedibus ovantem: redigeretur praeda in fiscum: ipsis sufficere ignes et rebellis coloniae ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur. Cerialis, a metu infamiae, si licentia saevitiaque inbuere militem crederetur, pressit iras; et paruere, posito civium bello ad externa modestiores. convertit inde animos accitarum e Mediomatricis legionum miserabilis adspectus: stabant, conscientia flagitii maestae, fixis in terram oculis: nulla inter coeuntes exercitus consalutatio: neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria et lucem ipsam vitantes: nec proinde periculum aut metus quam pudor ac dedecus obstupefecerat, attonitis etiam victoribus, qui, vocem precesque adhibere non ausi, lacrimis ac silentio veniam poscebant, donec Cerialis mulceret animos, fato acta, dictitans, quae militum ducumque discordia vel fraude hostium evenis-

Belgarum: *scil. Treverorum*, bo *civitas Treverorum* należała do *provincia Belgica;* o nich (wyżej) *Rigodulum... insederat*; Valentinus był Trevir, więc Belg.

Ipsis: *scil. nobis, militibus.*

A: *causale; Liv.* III 61: *feroces ab re priore anno bene gesta.*

Posito... modestiores: z wojsk tu stojących (c. 71: *quod... transvexerat*) tylko do *quantumque... transvexerat* stosować się może, gdyż tylko one w wojnie domowej brały udział.

Legionum: 1-ej i 16-ej (*s. v. Cerialis... insederat* 1-o c. 71).

Flagitii: c. 62.

Victoribus: *scil. qui apud Rigodulum vicerunt.*

sent: primum illum stipendiorum et sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque imperatorem neque se meminisse. tunc recepti in eadem castra, et edictum per manipulos ne quis in certamine iurgiove seditionem aut cladem commilitoni obiectaret.

LXXIII. Mox Treveros ac Lingonas, ad contionem vocatos, ita adloquitur: „neque ego umquam facundiam exercui, et populi Romani virtutem armis adfirmavi; sed, quoniam apud vos verba plurimum valent bonaque ac mala non sua natura sed vocibus seditiosorum aestimantur, statui pauca disserere, quae, profligato bello, utilius sit vobis audisse quam nobis dixisse. terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maioribus vestris invocantibus, quos discordiae usque ad exitium fatigabant: et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem inposuerunt. quot proeliis adversus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum nostrorum laboribus, quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum: nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis, alius Ariovistus, regno Galliarum poteretur. an vos cariores Civili Batavisque et transrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt? eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut, relictis paludibus et solitudinibus suis, fecundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent: ceterum libertas et speciosa nomina praetexuntur, nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.

Populi... adfirmavi: tak w rękopisach; tak *Ann.* XIV 22.

Quoniam... aestimantur: alluzya do Valentinusa.

Quis: kto, ktoś; *alius Ariovistus* jest bliższem określeniem.

Possiderent: od *possido*.

LXXIV. Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum ius concederetis. nos, quamquam totiens lacessiti, iure victoriae id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur; nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt: cetera in communi sita sunt. ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis, ipsi has aliasque provincias regitis; nihil separatum clausumve; et laudatorum principum usus ex aequo, quamvis procul agentibus, saevi proximis ingruunt. quo modo sterilitatem aut nimios imbres et cetera naturae mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate: vitia erunt, donec homines: sed neque haec continua, et meliorum interventu pensantur: nisi forte Tutore et Classico regnantibus moderatius imperium speratis, aut minoribus quam nunc tributis parabuntur exercitus, quibus Germani Britannique arceantur: nam pulsis, quod di prohibeant! Romanis quid aliud quam bella omnium inter se gentium existent? octingentorum annorum fortuna disciplinaque compages haec coaluit, quae convelli sine exitio convellentium non potest: sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum et opes, praecipuae bellorum causae. proinde pacem et urbem, quam victi victoresque eodem iure obtinemus, amate colite; moneant vos utriusque fortunae documenta, ne contumaciam cum pernicie quam obsequium cum securitate malitis". tali oratione graviora metuentes conposuit erexitque.

LXXV. Tenebantur victore exercitu Treveri, cum

Sterilitatem: susza, posucha; *Sen. Thy.* 173: *sterili deficiens vado; Plin. h. n.* XVIII 29: *intra haec constat sterilitas coelestis.*

Vitia... homines: nawias.

Meliorum: scil. dominantium; alluzya do Vespasiana.

Utriusque: *scil. adversae et prosperae.*

Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit: Vespasianum, quamquam nuntios occultarent, excessisse vita, urbem atque Italiam interno bello consumptam, Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina: si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatium suarum contentos, si proelium mallet, ne id quidem abnuere. ad ea Cerialis Civili et Classico nihil: eum qui attulerat, ipsas epistulas ad Domitianum misit.

Hostes divisis copiis advenere undique: plerique culpabant Cerialem passum iungi, quos discretos intercipere licuisset: Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit, quis temere, antea intutis, consederat.

LXXVI. Apud Germanos diversis sententiis certabatur; Civilis „opperiendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractae populi Romani vires obtererentur: Gallos quid aliud quam praedam victoribus"? „et tamen,

Civilis... obtererentur. 1-o *Civilis*: *scil. adfirmabat.* 2-o *Quarum: genitivus objecti.* 3-o *Terrore*: uwagi godne dziesięćkrotne użycie głoski *r* w siedmiu wyrazach. 4-o *Fractae*: nadłamane; tak w *D.* 26 *fracta* jest synonym do *deminuta*; odpowiednio do *terrore* biorę w znaczeniu duchowem; taksamo *obtererentur.*

Et... stare: powszechnie uważane jako dalszy ciąg mowy Civilisa; błędnie; Civilis niemoże, i to w formie tak silnej antytezy, wbrew wyrażonemu tu zamiarowi czekania na ludy zarheńskie, popartemu twierdzeniem o małej wartości wojsk Galskich, powoływać się na siłę wojsk Belgijskich, więc Galskich, i ich gotowość pomożenia Germanom. Zdanie więc to należy do mowy Tutora, Civilisowi przeciwnej, a przeciwieństwo to jest zaznaczone przez *tamen*, i jeszcze wzmocnione przez *et* (jakowego *„et" adversativum* przykłady daje Greef *lex. tac.* str. 397-b *sqq.*). Tutor wpada w mowę Civilisa, i, jaknajsilniej nawiązując swoję, tamtej wprost przeczy twierdzeniem, że jest coś między Gallami tężyzny, mianowicie Belgowie, a ci z Germanami na Rzymian iść goto-

quod roboris sit, Belgas, secum palam aut voto stare", Tutor, „cunctatione crescere rem Romanam" adfirmabat, „coeuntibus undique exercitibus: transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania, adventare ex Italia, nec subitum militem sed veterem expertumque belli: nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere, pecuniamque ac dona, quis solis corrumpantur, maiora apud Romanos, et neminem adeo in arma pronum, ut non idem pretium quietis quam periculi malit: quodsi statim congrediantur, nullas esse Ceriali nisi e reliquiis Germanici exercitus legiones,

wi. Wyrażenie, jak tu, naprzód słów mowy, potem nazwanie mówcy, potem dalszy ciąg mowy, jeszcze raz przerwany czasownikiem mowę tę zapowiadającym, jest trochę niezwykłe, ale tem efektowniejsze. Tak i następne *nam*, odnosząc się do zdania domyślnego „*non opperiendas Transrhenanorum gentes*", maluje szybkość i nieprawidłowość mowy Tutora.

Transvectam... belli. 1-o *E... Hispania*: c. 68: *legiones... traducuntur*, i *quartadecuma... accitae.* 2-o *Subitum*: *i. e. tumultuarium, inconditum.*

Nam: sięga do *abscesserit*, i uzasadnia „*cunctatione... Romanam.*"

Legiones... obstrictas: *scil. jurejurando in verba Galliarum praestito.* Takiemi były 1-a 16-a 4-a 22-a, dwie ostatnie z zastrzeżeniem niżej pod „nb." zaznaczonem. Że miał je z sobą Cerialis, dowodem co do 4-ej i 22-ej c. 71: *contracto... Moguntiaci*(...) *Rigodulum venit*, co do 1-ej i 16-ej c. 72: *convertit... adspectus.* Że były *foederibus... obstrictae*, dowodem c. 59: *juravere... Galliarum*, i *Tutor... adigit.* Jednak, o czem Tutor milczy, zerwały *foedera Galliarum* legie 1-a i 16-a w c. 70: *legiones... adigunt*, 4-a i 22-a przez to samo, że na rozkaz Cerialisa poszły do Colonia Treverorum; a miał też Cerialis, legii niewięcej wprawdzie, wojskowe siły, które niebyły *foederibus... obstrictae*, mianowicie (c. 71) *quantum secum transvexerat.* Nb. O istnieniu legii 4-ej i 22-ej, względnie obecnej chwili, możemy mówić tylko z zastrzeżeniem, gdyż prawdopodobnie od pewnego czasu (może od c. 59, gdy Tutor w Moguntiacum wszystkich

foederibus Galliarum obstrictas, idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum, contra spem suam, fuderint, alimentum illis ducique temeritatis: ausuros rursus venturosque in manus non inperiti..., verba et contiones quam ferrum et arma meditantis, sed Civilis et Classici, quos ubi adspexerint, redituram in animos formidinem fugam famemque ac totiens captis precariam vitam: neque Treveros aut Lingonas benevolentia contineri: resumpturos arma, ubi metus abscesserit". diremit consiliorum diversitatem adprobata Tutoris sententia Classicus, statimque exsequuntur.

LXXVII. Media acies Ubiis Lingonibusque data; dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique; pars montibus... alii viam inter Mosellamque flumen tam improvisi adsiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis, neque enim noctem in castris egerat, pugnari, simul, vincique suos, audierit, increpans pavorem nuntiantium, donec universa clades in oculis fuit, per-

trybunów zabił, obożnego wypędził) istność legionową utraciły, a pozostały z nich tylko szczątki. Do wniosku tego naprowadza V 14. Powiedziano tam, że przybytkiem trzech (2-ej 6-ej 14-ej) ilość legii Cerialisowych się podwoiła. Od chwili niniejszej do przyjścia rzeczonych trzech legii, przyjdzie tylko jedna (21-a); ztąd wniosek, że w chwili obecnej, rachując już od zniszczenia 5-ej i 15-ej (c. 60), mogły być w Gallii (w Germanii już żadnej niebyło), w ich legionowym ustroju, tylko dwie. Że były niemi 1-a i 16-a dowodem c. 72: *convertit... adspectus*.

Meditantis: który cwiczy, zaprawia się; tak III 2, IV 26, 62.

Neque... contineri: *scil. benevolentia erga Romanos contineri a bello contra Romanos.*

Ut... castra. 1-o *Simul*: *s. v. si... relinquerentur* I 65. 2-o *Donec... fuit*: odnosi się tylko do *increpans*. 3-o *In oculis*: znajdował się po tej samej stronie rzeki co obóz, bo w przeciwnym razie przez most, od nieprzyjaciela zajęty, niebyłby mógł się przedostać z tym skutkiem, iżby był naocznie widział, co się z obozem dzieje. 4-o *Legio-*

rupta legionum castra, fusi equites, medius Mosellae pons, qui ulteriora coloniae adnectit, ab hostibus insessus. Cerialis, turbidis rebus intrepidus et fugientes manu retrahens, intecto corpore, promptus inter tela, felici temeritate et fortissimi cuiusque adcursu reciperatum pontem electa manu firmavit. mox, in castra reversus, palantes captarum apud Novaesium Bonnamque legionum manipulos et rarum apud signa militem ac prope circumventas aquilas videt. incensus ira, „non Flaccum" inquit, „non Voculam deseritis: nulla hic proditio, neque aliud excusandum habeo, quam quod vos, Gallici foederis oblitos, redisse in memoriam Romani sacramenti temere credidi: adnumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri aut militum manibus aut hostium ceciderint: ite, nuntiate Vespasiano vel, quod proprius est, Civili et Classico relictum a vobis in acie ducem: venient legiones, quae neque me inultum neque vos impunitos patiantur".

LXXVIII. Vera erant, et a tribunis praefectisque eadem ingerebantur. consistunt per cohortes et manipulos; neque enim poterat patescere acies effuso hoste et impedientibus tentoriis sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant, Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes; et cuncta pro hostibus erant, donec legio unaetvicensima, patentiore quam ceterae spatio, conglobata, sustinuit ruentes, mox inpulit,

num: 1-ej i 16-ej, szczątków 4-ej i 22-ej.

Legionum: 1-ej i 16-ej.

Redisse... credidi: domysły *redisse in* i *temere* ogólnie przyjęte zamiast *praedixerim* i *tenere*.

Ingerebantur: *Petr. sat.* 36: *ingerebat lentissima voce: carpe, carpe.*

Intra... pugnaretur: c. 77: *perrupta... castra.*

Ruentes: *scil. Germanos;* tak (niżej) *victores, ipsi, vincentibus, ipsos* do nichże się odnosi.

nec sine ope divina mutatis repente animis terga victores vertere. ipsi territos se cohortium adspectu ferebant, quae, primo impetu disiectae, summis rursus iugis congregabantur ac speciem novi auxilii fecerant; sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen, omisso hoste, spolia consectandi. Cerialis, ut incuria prope rem adflixit, ita constantia restituit, secutusque fortunam castra hostium eodem die capit excinditque.

LXXIX. Nec in longum quies militi data. orabant auxilium Agrippinenses offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis: atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverant: unde metus et iustae preces invocantium, antequam hostes reparatis viribus ad spem vel ad ultionem accingerentur. namque et Civilis illuc intenderat, non invalidus, flagrantissima cohortium suarum integraque, et e Chaucis Frisiisque composita; Tolbiaci, in finibus Agrippinensium, agebat; sed tristis nuntius avertit, de-

Cohortium: scil. legionum quae per cohortes et manipulos constiterant. Wewnątrz obozu (*cum... pugnaretur*) pierwszym impetem Germanów rozpędzone, uciekłszy z obozu (co domyślać należy), znów (*rursus*) się zszykowały (*congregabantur*), i *speciem... fecerant.*

Namque... composita. 1-o Usprawiedliwia wyrazy (*antequam...*) *ad ultionom accingeretur.* 2-o *Et* (*Civilis*): odpowiada następnemu *et*; oba odnoszą się do *namque.* 3-o *Illuc*: *scil: in Agrippinenses.* 4-o *Intenderat*: było wcześniejsze niż *orabant*, i, obok *trucidaverant*, było tego *orabant* pobudką. 5-o *Flagrantissima... integraque:* odnosi się do *intenderat*; jest więc *non invalidus* nawiasem. Z *integra* należy wnosić, że owa *cohors* w porażce opisanej w c. 78 niemiała udziału, i dlatego była *flagrantissima*, ponieważ, jako *integra*, czuła się na siłach, a, niewziąwszy udziału w bitwie, pragnęła się teraz odznaczyć. 6-o *Suarum:* w przeciwieństwie do tej, która była *e... composita.* 7-o (*Integra*)*que*: tak w rękopisach; wiąże *integra* z *flagrantissima.*

letam cohortem dolo Agrippinensium, qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus, igne iniecto, cremavere; simul Cerialis propero agmine subvenit. circumsteterat Civilem et alius metus, ne quartadecuma legio, adiuncta Britannica classe, adflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur. sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae, classem ultro Canninefates adgressi sunt, maiorque pars navium depressa aut capta, et Nerviorum multitudinem, sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, idem Canninefates fudere, Classicus quoque adversus equites, Novaesium a Ceriale praemissos, secundum proelium fecit. quae modica sed crebra damna famam victoriae nuper partae lacerabant.

LXXX. Isdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici iubet, mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset, neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano passus est, favore militum anxius et superbia viri aequalium quoque, adeo superiorum

Cohortem: *scil. e Chaucis Frisiisque compositam;* tosamo co następne *Germanos.*

Subvenit: scil. Agrippinensibus.

Circumsteterat: do poprzedniego *metus*, że *Cerialis... subvenit*, przyłączył się drugi, tak iż teraz z dwóch stron (*s. v. quattuor... discretae* 1-o II 89) strach go obstąpił.

Sed... fecit. 1-o *Sed:* sięga do *fecit*; początkuje dowody, że obawa Civilisa była bezpodstawną. 2-o *Terrestri*: na tem nacisk, w przeciwieństwie do *adjuncta... ambiuntur.* 3-o *Eaeque... acceptae*: nawiasowa uwaga; stanowi wyjątek od powodów, dla których obawy Civilisa okazały się płonnemi; usprawiedliwienie następnego *Nerviorum... capesseret. Que* wiąże wzmiankę o poddaniu się Nerviów i Tungrów z poprzednią o przystąpienie Agrippinian do stronnictwa Rzymskiego.

intolerantis. profectus ad Vespasianum Antonius ut non pro spe sua excipitur, ita neque adverso imperatoris animo. trahebatur in diversa, hinc meritis Antonii, cuius ductu confectum haud dubie bellum erat, inde Muciani epistulis; simul ceteri ut infestum tumidumque insectabantur, adiunctis prioris vitae criminibus: neque ipse deerat adrogantia vocare offensas, nimius commemorandis, quae meruisset: alios ut inbelles, Caecinam ut captivum ac dediticium increpat: unde paulatim levior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitia.

LXXXI. Per eos menses, quibus Vespasianus Ale-

Haberi: *scil. a Vespasiano.*

Per... ostenderetur. 1-o *Per... menses*: roku 70-o. Autor wraca do Vespasiana, którego opuścił w Aleksandryi *saevo adhuc mari* (c. 52), tj. w zimie. 2-o *Statos*: ustalone, rokrocznie o jednej porze powrotne; tak *Sen. benef.* IV 28: *ventorum statos flatus.* 3-o *Aestivis flatibus*: o nich *Veg.* IV 39: *a die sexto Kal. Iun.* (26-o Maja) *usque in Arcturi ortum, id est in diem* XVIII *Kal. Octobres* (14-o Września) *secura navigatio creditur, quia, aestatis beneficio, ventorum acerbitas mitigatur.* Niektórzy przez niniejsze *aestivi flatus* rozumieją *etesiae*, tak dalece mylnie, iż z niniejszych *aestivi flatus*, poniżej zaznaczonych jako *certa maris*, nawet właśnie te *etesiae*, wiejące od 20-o Lipca przez dni 40, należy wyłączyć, a przez niniejsze *aestivi flatus* rozumieć tylko od 26-o Maja do 20-o Lipca wiejące wiatry. Dowód: albowiem, według niniejszego tekstu, *aestivi flatus* są dla żeglugi z Aleksandryi do Rzymu (więc nad brzegiem Azyatyckim, z połódnia ku północy) sprzyjające, a, owszem, *etesiae* dla żeglujących w tym kierunku przeciwne, wedle II 98: *mare... erat* (*s. v. mare quoque etesiarum, flabra aquilonis* II 98), a nawet najprzeciwniejsze, wedle *Caes. b. c.* III 107: *ipse necessario etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.* 4-o *Certa*: na pewno powrotne, co do czasu ustalone; równoznaczne z *statos*(...) *dies*; tak V 6 *certo anni.* 5-o *Quis: scil. ut iis.* 6-o *Coelis e:* w rękopisach *ē*; przeinaczane na *coelestis*, albo *coeli*; — nad samogłoską, jak tu, zbytecznie (zwykle zastępuje głoskę opusz-

xandriae statos aestivis flatibus dies et certa maris opperiebatur, multa miracula evenere, quis caelis e favor et quaedam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur. e plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe notus, genua eius advolvitur, remedium caecitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit, precabaturque principem, ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. alius, manum aeger, eodem deo auctore, ut pede ac vestigio Caesaris calcaretur, orabat. Vespasianus primo inridere aspernari, atque, illis instantibus, modo famam vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum et vocibus adulantium in spem induci; postremo aestimari a medicis iubet, an talis caecitas ac debilitas ope humana superabiles forent. medici varie disserere, huic non exesam vim luminis et redituram, si pellerentur obstantia, illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari, id fortasse cordi deis, et divino ministerio principem electum, denique patrati remedii gloriam penes Caesarem, inriti ludibrium penes miseros fore. igitur Vespasianus, cuncta fortunae suae

czoną) dodane w dziele niniejszem znajduję 88 razy; *e* po wyrazie, jak tu, do którego się odnosi, w *Lucr.* III 852 i 878; przykłady niejasności jaka tu wypływa z zestawienia dwóch *ablativi*, i to równych formą, które, na pierwszy rzut oka, zdają się jedno pojęcie tworzyć, *s. v. opus... atrox* 1-o 2-o i 2. 7-o *Et: explicativum.* 8-o *Numinum: amplificatio;* Serapis sam zdziałał cuda opisane w następstwie.

Manum: ręka i łokieć i ramię; to samo co (niżej) *artus* (*plur.*).

Luminis: rzecz blask wydająca, źrenica, oko; tak *Verg. Aen.* III 677.

Remedii: z patrati wyrozumiewam *remediatio*; o *remigium* w znaczeniu *remigatio s. v. mutabili remigio* III 47.

Iussa: scil. Serapidis.

patere ratus nec quicquam ultra incredibile, laeto ipse vultu, erecta, quae adstabat, multitudine, iussa exsequitur: statim conversa ad usum manus, ac caeco reluxit dies. utrumque, qui interfuere, nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium.

LXXXII. Altior inde Vespasiano cupido, adeundi sacram sedem, ut super rebus imperii consuleret: arceri templo cunctos iubet, atque, ingressus intentusque numini, respexit pone tergum, e primoribus Aegyptiorum, nomine Basiliden, quem procul Alexandria plurium dierum itinere et aegro corpore detineri haud ignorabat. percontatur sacerdotes, num illo die Basilides templum inisset, percontatur obvios, num in urbe visus sit; denique missis equitibus explorat illo temporis momento octoginta milibus passuum afuisse. tunc divinam speciem et vim responsi ex nomine Basilidis interpretatus est.

LXXXIII. Origo dei nondum nostris auctoribus celebrata: Aegyptiorum antistites sic memorant: „Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio et maiore quam humana specie iuvenem, qui moneret, ut fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret: laetum id regno magnamque et inclutam sedem fore, quae excepisset: simul visum eundem iuve-

Sedem: scil. Serapidis.

Respexit... tergum: podobny pleonazm w *G.* 43; *Verg. Aen.* IX 794 *retro redit,* 797 *retro... refert.*

Vim: i. e. sensum; *Cic. orat.* 32: *noverit primum vim, naturam, genera verborum.*

Ptolemaeo: założyciel dynastyi; jest więc *Aegypti opes* władzą nad Egyptem, a *firmavit* znaczy *firmas constituit.* Opowieść kapłanów sięga do c. 84 *sacratum*; od *Ptolemaeus* (*omine*) przechodzi *oratio obliqua* w *recta.*

Excepisset: *scil. effigiem sui.*

nem in caelum igne plurimo attolli. Ptolemaeus, omine et miraculo excitus, sacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intellegere, nocturnos visus aperit: atque illis, Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem, e gente Eumolpidarum, quem ut antistitem caerimoniarum Eleusine exciverat, quaenam illa superstitio, quod numen, interrogat. Timotheus quaesitis, qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen, nec procul templum, vetere inter accolas fama, Iovis Ditis: namque et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent. sed Ptolemaeus, ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens, neglegere paulatim aliasque ad curas animum vertere, donec eadem species terribilior iam et instantior exitium ipsi regnoque denuntiaret, ni iussa patrarentur. tum legatos et dona Scydrothemidi regi, is tunc Sinopensibus imperitabat, expediri iubet, praecipitque navigaturis, ut Pythicum Apollinem adeant. illis mare secundum, sors oraculi haud ambigua, irent simulacrumque patris sui reveherent, sororis relinquerent.

Namque... vocent: dowód, że *templum* było *Iovis Ditis*; bo *Iupiter Dis*, czyli *Pluto*, tak był przedstawiany.

Neglegere: *scil. religiones.*

Sors: *i. e. responsum;* tak *Verg. Aen.* IV 346, 377.

Irent... relinquerent. 1-o *Patris*: *scil. patrui. Iupiter Dis, Pluto* był stryjem Apollina. To jest Heraeusowi (*ad h. l.*) powodem do twierdzenia, że albo Pythia, albo przepisywacz się pomylił. W nazwach pokrewieństwa jednak język łaciński jest nader dowolny; *frater* oznacza synowca w *Ann.* III 38, stryjecznego brata w *Ov. her.* VIII 27: *quid quis avus nobis idem Pelopeius Atreus? Et si non esses vir mihi, frater eras*; w *id. met.* XIII 31 Ajax mówi o Achillesie „*frater erat*", a był stryjecznym. 2-o *Reveherent*: powrót wyrażony przez *re* stosuje się do posłów. 3-o *Sororis*: *i.*

LXXXIV. Ut Sinopen venere, munera preces mandata regis sui Scydrothemidi adlegant: qui, diversus animi, modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri: saepe donis promissisque legatorum flectebatur: atque, interim triennio exacto, Ptolemaeus non studium, non preces omittere: dignitatem legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. tum minax facies Scydrothemidi offertur, ne destinata deo ultra moraretur: cunctantem varia pernicies morbique et manifesta caelestium ira graviorque in dies fatigabat. advocata contione iussa numinis, suos Ptolemaeique visus, ingruentia mala exponit: vulgus adversari regem, invidere Aegypto, sibi metuere templumque circumsedere. maior hinc fama tradidit deum ipsum adpulsas litori navis sponte conscendisse: mirum inde dictu, tertio die, tantum maris emensi, Alexandriam adpelluntur. templum

e. Proserpinae; ona i Apollo byli dziećmi Jowisza.

Diversus: domysł wydawców, zamiast rękopiśmiennego *versus.*

Tum... moraretur. 1-o *Tum: scil. triennio exacto.* 2-o *Ne... moraretur*: odnosi się do *minax*, 3-o *Deo*: *scil. Apolline Pythico.* Owszem *deum* będzie oznaczało Serapisa.

Sibi: żeby im bóstwa niezabrano.

Hinc... conscendisse. 1-o *Hinc*: *causale*; tak nader często; ,,ztąd'' że rzesza obsiadła świątynię, poszło, że więcej było rozgłaszających, przeto i większy rozgłos. 2-o *Ipsum:* sam, bez *muliebris effigies*; tak III 27, 60. 3-o *Sponte:* dobrowolnie, nie wyniesiony.

Adpelluntur: *scil. legati;* tak w formie biernej, zamiast *adpellere* (*scil. navem*) w II 3, *Ann.* II 79.

Templum... sacratum. Autor w c. 83 opowiedział, jak Ptolemaeusowi ukazała się we snie postać, i poleciła, by jej wizerunek z Pontu do Egyptu sprowadził. Na pytanie, kogo ta postać przedstawia, Egypscy kapłani nieumieli odpowiedzieć; dopiero grecki wytłomaczył, że to *Iupiter Dis*, którego wizerunek w królestwie Pontu się znajduje. Ptolemaeus sprowadza go do Egyptu, gdzie czczony jest

pro magnitudine urbis extructum loco, cui nomen Rhacotis: fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum." haec de origine et advectu dei celeberrima: nec sum ignarus esse quosdam, qui Seleucia, urbe Suriae, accitum regnante Ptolemaeo, quem tertia aetas

pod nazwą Serapisa. Bóstw tych identyczność tem się dowodzi, że Vespasian w c. 83 z opowieści kapłanów o *origo dei* (*scil. Serapidis*) dowiaduje się, że w Sinopie, gdzie przedtem przebywało, czczonem było pod nazwą *Iovis Ditis*. Żeby autor mógł powiedzieć, że, kiedy wizerunek *Iovis Ditis* czyli Serapisa został sprowadzony do Aleksandryi, w tymże czasie znajdowała się tam kaplica Serapisowi „zdawiendawna" poświęcona, to być niemoże. Tak jednak *antiquitus* jest powszechnie rozumiane, i daje powód do zarzucania autorowi sprzeczności z samym sobą, oraz do wielolicznych hypotez, obszernych rozpraw, które tę rzekomą sprzeczność miały godzić. Kluczem do rozwiązania tej zagadki jest rozumienie wyrazu *antiquitus*. Owóż na *antiquitus* należy się zapatrywać nie z punktu chwili tu opisywanej, tj. sprowadzenia podobizny Serapisa do Alexandrji, ale tej w której autor pisze. Otóż względnie do niej pierwotna kaplica Serapisa, zbudowana wtedy, kiedy wizerunek jego był sprowadzony do Alexandryi, istniała „dawno, w dawnym czasie"; obecnie już nieistnieje, a w jej zastępstwie została zbudowaną świątynia, zastosowana do wielkości rozrosłego później miasta (*pro magnitudine urbis*); jakowa wzmianka o wielkości miasta, w którem zostało zbudowane *templum*, stoi w antytezie do (c. 83) wzmianki „*Alexandriae recens conditae*", i pierwotnie tamże zbudowanej kaplicy (c. 84: *fuerat... sacratum*). O *antiquitus* tak rozumianem s. v. *antiquitus* III 71. Tak *fuerat... sacratum*, tak i *templum... Rhacotis* rozumiem w odniesieniu do czasu obecnego; jak też *fuerat* biorę nie w znaczeniu słowa posiłkowego (odnoszącego się do *sacratum*), ale „bytu, istnienia" (dawno minionego), taksamo, domyślne do *extructum*, słowo *est*.

Nec... tulit. 1-o *Qui*: *scil. perhibeant.* 2-o *Ptolemaeo*: *scil. Evergete.* 3-o *Aetas*: przeciętny wiek ludzki, około 30 lat; *Cic. sen.* 10. *Nestor... tertiam aetatem hominum vivebat.*

tulit; alii auctorem eundem Ptolemaeum, sedem, ex qua transierit, Memphim perhibent, inclutam olim et veteris Aegypti columen. deum ipsum multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus, quidam Osirin, antiquissimum illis gentibus numen, plerique Iovem, ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem insignibus, quaeque in ipso manifesta, aut per ambages coniectant.

LXXXV. At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere. praecipua victoriae fides, dux hostium, Valentinus, nequaquam abiecto animo, quos spiritus gessisset, vultu ferebat. auditus ideo tantum, ut nosceretur ingenium eius, damnatusque, inter ipsum supplicium, exprobranti cuidam patriam eius captam, accipere se solacium mortis respondit. sed Mucianus, quod diu occultaverat, ut recens exprompsit: quoniam, benignitate deum, fractae hostium vires forent, parum decore

Alii... columen. 1-o *Auctorem*: *scil. sedis.* 2-o *Eundem*: *scil. quem Aegyptiorum antistites auctorem memorant* (c. 83). 3-o *Transierit*: *scil. Serapis.* 4-o *Veteris:* przed Aleksandrem. 5-o *Columen*: stolica; tak o Troji *Sen. Tro.* 6: *columen eversum occidit pollentis Asiae.*

Quaeque: scil. et ex iis quae; tak w rękopisach.

Praecipua... ferebat. 1-o *Fides: scil. id ipsum quod fidem affert*; rękojmia wierzytelności; tak I 22, II 5, 72, III 61, 66; takim się stał dla Domitiana i Muciana, gdy im się przedstawił. 2-o *Spiritus: i. e. elatum animum*; tak *Ann.* XIII 21, XVI 24, 26. 4-o *Gessisset*: *scil. ante quam captus fuerit.*

Exprobranti... respondit. 1-o *Patriam... captam: scil. Coloniam Treverorum; acc. objecti*, zależny od *exprobranti*; ponieważ on ją do wojny zachęcał. 2-o *Solacium mortis*: pociechą była śmierć. Owszem w *Agr.* 44 *mortis solacium* znaczy, nie, że śmierć słodzi niedolę, ale że jest osłodzona czemciś, względnie szczęśliwem.

Si... stare. 1-o *Status:* byt,

Domitianum, confecto prope bello, alienae gloriae interventurum: si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Caesarem in acie stare: Canninefates Batavosque minoribus ducibus delegandos: ipse Luguduni vim fortunamque principatus e proximo ostentaret, nec parvis periculis immixtus et maioribus non defuturus.

LXXXVI. Intellegebantur artes: sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur. ita Lugdunum ventum, unde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem eius temptavisse, an praesenti sibi exercitum imperiumque traditurus foret. qua cogitatione bellum adversus patrem agitaverit, an opes viresque adversus fratrem, in incerto fuit: nam Cerialis, salubri temperamento, elusit ut vana pueriliter cupientem. Domitianus, sperni a senioribus iuventam suam cernens, modica quoque et usurpata antea munia imperii omittebat, simplicitatis ac modestiae imagine in altitudinem conditus studiumque

zwłaszcza dobry; *Cic. Sul.* 22: *status... reipublicae maxime judicatis rebus continetur.* 2-o *Aut*: albo przynajmniej; tak II 76, III 40, IV 58. 3-o *Verteretur*: *i. e. versaretur, esset;* tak II 28.

Ostentaret: okazywał; tak w I 39. W III 66, IV 49 znaczy *verbis docere*, jak *ostendere* w II 19, z tkwiącym dodatkiem obietnicy w I 22, 74, III 57, IV 39, 58, 59, V 24, z dodatkiem groźby w III 78. W II 80 *ostentator* mieści pojęcie chełpliwości.

Intellegebantur: *scil. a Domitiano.*

Deprehenderentur: scil. viderentur Muciano a Domitiano deprehensae, dignotae.

An... foret. 1-o *Praesenti*: gdyby osobiście był obecny (w Colonia Agrippinensium). 2-o *Imperium*: naczelne dowództwo; miał takowe Cerialis (c. 68: *duces... delegerat*) razem z Gallusem, Gallus w wyższej Germanii (V 19: *quartadecuma... missa*), więc Cerialis w niższej.

Cerialis... cupientem. 1-o *Temperamento:* środek usmierzający. 2-o *Elusit*: wydrwił. 3-o *Pueriliter*: miał 19 lat.

literarum et amorem carminum simulans, quo velaret animum et fratris aemulationi subduceret, cuius disparem mitioremque naturam contra interpretabatur.

Subduceret: by swę żądzę panowania spodemknąć spółzawodnictwu brata. Tak w rękopisach; zamieniane na *subduceretur*, albo domyślane *se*.

LIBER V.

I. Eiusdem anni principio Caesar Titus perdomandae Iudaeae delectus a patre. Et prolatis utrisque rebus militia clarus, maiore tum vi famaque agebat, certantipus provinciarum et exercituum studiis: atque ipse, ut super fortunam crederetur, decorum se promptumque in armis ostendebat, comitate et adloquiis officia provocans ac plerumque in opere, in agmine gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore. tres eum in Iudaea legiones, quinta et decuma et quinta decuma, vetus Ve-

Ejusdem... agebat. 1-o *Ejusdem anni*: nawiązuje do IV 38: *Vespasianus... inierant.* 2-o *Prolatis utrisque rebus*: rękopiśmienne *platis* niektórzy czytają *praelatis*, niektórzy zamieniają na *privatis*; drugie niepotrzebne, pierwsze bezsensowne; *p* równie często oznacza *pro* jak *prae*. Znaczy *extensis, auctis*; *Verg. Aen.* VI 795: *super Garamantas et Indos proferet imperium.* Taksamo o temże, II 78: *prolatare agros.* 3-o *Utrisque*: *i. e. ab utrisque* (*s. v. sibi* I 27). Powodem niezrozumienia tekstu mogło być zestawienie obok siebie jednakich w formie *ablativi* (*prolatis... rebus*) i *dativi* (*utrisque*); przykłady takiej nieprawidłowości *s. v. opus... atrox* 2-o I 2.

Super fortunam: domysł powszechnie przyjęty, zamiast rękopismiennego *superiori unam.*

spasiani miles, excepere. addidit e Suria duodecumam et adductos Alexandria duoetvicensimanos tertianosque; comitabantur viginti sociae cohortes, octo equitum alae, simul Agrippa Sohaemusque reges et auxilia regis Antiochi, validaque et, solito inter accolas odio, infensa Iudaeis Arabum manus multique, quos urbe atque Italia, sua quemque, spes acciverat occupandi principem adhuc vacuum. his cum copiis fines hostium ingressus composito agmine, cuncta explorans paratusque decernere, haud procul Hierosolymis castra facit.

II. Sed quoniam famosae urbis supremum diem tradituri sumus, congruens videtur primordia eius aperire. „Iudaeos, Creta insula profugos, novissima Libyae insedisse" memorant, „qua tempestate Saturnus, vi Iovis pulsus, cesserit regnis:" argumentum e nomine petitur: „inclutum in Creta Idam montem: accolas Idaeos, aucto in barbarum cognomento, Iudaeos vocitari": quidam, „regnante

Excepere: w IV 52 wyszedł z Alexandryi.

Comitabantur... vacuum. 1-o *Sociae*: *scil. auxiliares*; odnosi się też do *alae*. Taksamo jako towarzyszki wojsk legionowych w III 10, IV 18, V 18. 2-o *Vacuum*: wolny, swobodny; taksamo *absolute* w I 80, IV 17, *Agr.* 37.

Decernere: taksamo *absolute* w *Cic. Att.* VII 3: *armis decernatur.*

Regnis: *scil. Creta et Latio.*

Quidam... exoneratam. 1-o Podanie to nie jest odmienne, tem mniej sprzeczne z tem, o którem „*Iudaeos... vocitari*"; owszem je uzupełnia; różnemi są tylko podmioty, domyślny do czasownika *memorant*, i wyrażony (*quidam*), odnoszący się do domyślnego *memorant.* Zgodność obu podań wiąże się z właściwem rozumieniem wyrazu (*per*) *Aegyptum.* Kraj, wyrażony tu przez *Aegyptum* jest identyczny, według mnie, z wyrażonym (wyżej) przez *novissima Libyae*, co oznacza część Egyptu skrajną, do Libyi przyległą; taksamo IV 72 *confinio Germaniae* oznacza kraj Galski (*s. v. laeva maris* II 2). 2-o *Proximas in terras*: *scil. Hebraeas*, odpowiednio do następnego *Hebraeasque terras.* 3-o *Exoneratam*: *i. e. abductam*; tak IV 40, *Plaut. Ep.* III 4, 38: *ut eam ex hoc exoneres agro*;

Iside, exundantem per Aegyptum multitudinem, ducibus Hierosolymo ac Iuda, proximas in terras exoneratam": plerique „Aethiopum prolem, quos rege Cepheo metus atque odium mutare sedes perpulerit". sunt qui tradant „Assyrios convenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos, mox proprias urbes Hebraeasque terras et propiora Suriae coluisse": „clara" alii „Iudaeorum initia: Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem, conditae urbi Hierosolyma nomen e suo fecisse".

III. Plurimi auctores consentiunt, orta per Aegyptum tabe, quae corpora foedaret, regem Bocchorim, adito Hammonis oraculo, remedium petentem, purgare regnum, et id genus hominum ut invisum deis alias in terras avehere iussum: sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus, Moysen, unum exulum, monuisse,

Liv. XXIV 29: *multitudinem... exonerandam.*

Plerique... perpulerit. 1-o *Plerique: scil. memorant.* 2-o *Aethiopum prolem: scil. Iudaeos esse.* 3-o *Mutare sedes: scil. ex Aethiopia in Aegyptum*; że *in Aegyptum*, wnoszę z wiesci „*quidam... exoneratam*", i z następnych, wyrażonych przez *parte... potitos*, c. 3: *orta... tabe*, c. 4: *effigiem... colunt*, które wszystkie wywodzą wędrówkę Iudaeów do Iudaei przez Egypt. Że, w myśli autora, Żydzi w każdym razie, przejściowo, mieszkali w Egypcie, dowodem c. 5: *corpora... intellegunt*, gdzie sprzeczność obrządków Żydowskich nie z innemi, ale właśnie z Egypskiemi, jest uwydatniona. 4-o *Metus atque odium: scil. adversus Cepheum.*

Et... Suriae. 1-o *Et: explicativum.* 2-o *Suriae: dativus.*

Alii: scil. fuisse tradunt.

Monuisse... pepulissent. 1-o *Utrique: scil. ab utraque* (*s. v. sibi* I 27); tak w rękopisie, który uchodzi za najlepszy. 2-o *Et. . pepulissent*: tak w rękopisach. *Credentes* odnoszące się do podmiotu, obok *praesentes* odnoszącego się do przedmiotu (*miserias*), także *praesentes* odnoszące się do przyszłości, dziwne ale nie niemożliwe. 3-o *Sibimet: i. e.*

ne quam deorum hominumve opem expectarent, utrisque deserti, et sibimet, duce caelesti, crederent, primo cuius auxilio credentes praesentes miserias pepulissent. adsensere, atque, omnium ignari, fortuitum iter incipiunt. sed nihil aeque quam inopia aquae fatigabat. iamque haud procul exitio totis campis procubuerant cum grex asinorum agrestium e pastu in rupem nemore opacam concessit. secutus Moyses coniectura herbidi soli largas aquarum venas aperit: id levamen: et continuum sex dierum iter emensi septimo, pulsis cultoribus, obtinuere terras, in quis urbs et templum dicata.

IV. Moyses, quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. profana illic omnia, quae apud nos sacra, rursum concessa apud illos, quae nobis incesta. effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetrali sacravere, caeso ariete, velut in contumeliam Hammonis; bos quoque immolatur, quoniam Aegyptii Apin colunt: sues abstinent merito cladis, quod ipsos scabies quondam turpaverat, cui id animal obnoxium. longam olim famem crebris adhuc ieiuniis fatentur, et, raptarum frugum argu-

sibi ipsis, Iudaeis. 4-o *Duce coelesti*: pod wodzem niebiańskim. Będzie nim *grex asinorum.* 5-o *Praesentes*: *i. e. vehementes*; *Quint.* X 7: *auxilium... polliceri, quod in praesentissimis quibusque periculis desit.* Taką *praesens miseria* będzie *inopia aquae.* 6-o *Pepulissent*: *i. e. amovissent.*

Omnium: *scil. itinerum.*

Mortalibus: znikomym; tak w c. 5 nawet *materiae* nazwane są *mortales.* Powiedziano w sprzeczności do rzymskich, które są *aeterni*, jak w I 84 świat rzymski nazwany *aeternitas rerum.*

Contumeliam: zniewaga w tem, że Hammon był przedstawiany z rogami kozlemi.

Sues... cladis. 1-o *Sues*: tak w rękopisach. 2-o *Merito*: *i. e. ob causam*; tak w rękopisach; tak I 21, 52; tak *meritum* rozumiane *in malam partem* w *Liv.* XL 15: *me(...) frater accusat*; *...nullo meo in se merito.*

mentum, panis Iudaicus, nullo fermento, detinetur. septimo diei otium placuisse, ferunt, quia is finem laborum tulerit; dein blandiente inertia septimum quoque annum ignaviae datum; alii honorem eum Saturno haberi, seu principia religionis tradentibus Idaeis, quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus, seu quod de septem sideribus, quis mortales reguntur, altissimo orbe et praecipua potentia stella Saturni feratur, ac pleraque caelestium vim suam et cursum septimos per numeros commearent.

V. Hi ritus, quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur: cetera instituta, sinistra foeda, pravitate valuere: nam pessimus quisque, spretis religionibus patriis, tributa et stipes illuc gerebant; unde auctae Iudaeorum res, et quia apud ipsos fides obstinata. misericordia in promptu, sed adversus omnes alios hostile odium: se-

Fatentur: *i. e. testantur;* tak IV 31, V 25; *Iuv.* X 182: *mors sola fatetur, quantula sint hominum corpuscula.*

Diei: *dativus*; tak w rękopisach.

Alii... commearent. 1-o *Alii*: *scil. ferunt.* 2-o *Honorem*: odpoczynek 7-o roku. 3-o *Religionis*: *scil. colendi Saturni per septimum annum.* 4-o *De*: *i. e. ex; Suet. Dom.* 13: *Suram... de oratoribus coronatum*; *Cic. Ros. Am.* 36: *de tribus et decem fundis tres nobilissimos.* 5-o *Vim*(...) *septimos*(...) *commearent*: tak w rękopisach; *septimos* znaczy *septenos;* odwrotnie *trina* w znaczeniu *tria* w I 2.

Cetera... valuere. 1-o *Sinistra*: *i. e. prava, perversa.* 2-o *Valuere*: od *valesco.*

Apud... fides. 1-o *Apud ipsos*: *i. e. adversus suos* (Greef *l. t.* str. 91-a). 2-o *Fides*: powód wzrostu bogactw; wierność, słowność w interesach pieniężnych; znaczenie powszednie.

In promptu: scil pro iis qui in promptu sunt, i. e. pro indigenis; którzy są pod ręką, w pobliżu; antyteza do *adversus... alios.* Tak, mimo zdanie odmienne, powszechnie przyjęte, rozumiem *Agr.* 19. Tak *promptus* (przymiotnik), w pobliżu się znajdujący, nader często. Podobna elipsa w I 10, gdzie *palam* oznacza to co jest na widoku.

parati epulis, discreti cubilibus: proiectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinent: inter se nihil inlicitum. circumcidere genitalia instituerunt, ut diversitate noscantur: transgressi in morem eorum idem usurpant, nec quicquam prius inbuuntur quam contemnere deos, exuere patriam, parentes liberos fratres vilia habere: augendae tamen multitudini consulitur: nam et necare quemquam ex agnatis nefas, animosque proelio aut suppliciis peremptorum aeternos putant: hinc generandi amor et moriendi contemptus: corpora condere quam cremare, e more Aegyptio, eademque cura: et de infernis persuasio: caelestium contra. Aegyptii pleraque animalia effigiesque compositas venerantur, Iudaei mente sola unumque numen intellegunt, „profanos, qui deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant: summum illud et aeternum neque imitabile neque interiturum". igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum

Discreti... cubilibus: Rzymianie miewali wspólne łoża.

Alienarum: i. e. alienigenarum; tak *Cic. Mil.* 28.

Transgressi: scil. quicunque transgressi sunt.

Augendae... consulitur: *scil. quamvis inbuuntur parentes... habere.*

Agnatis: *scil. liberis*; ponad liczbę pożądaną; tak *G.* 19.

Hinc... contemptus: odnosi się do *animosque... putant. Amor* jest upodobanie, lubość, jak w II 19, IV 73.

Corpora... contra: zdanie stylistycznie zawiłe.

Aegyptii... interiturum. 1-o *Compositas*: *scil. e humana et animalium specie.* 2-o *Unumque numen*: *scil. esse.* Taksamo *esse* domyśla się do *profanos*, i do *summum... interiturum.* 3-o *Mortalibus: scil. interituris*; tak *Agr.* 46. 4-o *Imitabile: scil. materiis mortalibus.* 5-o *Neque... interiturum*: *scil. ut interituri sunt dii materiis mortalibus effícti.*

Igitur... sunt. 1-o *Suis*: *i. e. eorum*; tak *Ov. fasti* V 223: *Therapnaeo feci de sanguine florem, et manet in folio scripta querela suo.* 2-o *Sunt*: tak w rękopisach; zamieniane na *sinunt, sistunt* i t. p., zapewne na usprawiedliwienie poprzedniego *suis.*

templis sunt; non regibus haec adulatio, non Caesaribus honor. sed quia sacerdotes eorum tibia tympanisque continebantur, hedera vinciebantur vitisque aurea templo reperta, Liberum patrem coli, domitorem Orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis: quippe Liber festos laetosque ritus posuit, Iudaeorum mos absurdus sordidusque.

VI. Terra finesque, qua ad Orientem vergunt, Arabia terminantur: a meridie Aegyptus obiacet, ab occasu Phoenices et mare: septentrionem e latere Suriae longe prospectant. corpora hominum salubria et ferentia laborum. rari imbres, uber solum, exuberant fruges nostrum ad morem, praeterque eas balsamum et palmae. palmetis proceritas et decor, balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pavent venae, fragmine lapidis aut testa aperiuntur, humor in usu medentium est. praecipuum montium Libanum erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque nivibus: idem amnem Iordanen alit funditque: nec Iordanes pe-

Continebantur: tak w rękopisach; *reflexivum*; zadawalniali, ograniczali się; tak I 11, 36, II 58, IV 75. Czas przeszły (tak samo *vinciebantur*, *reperta*, *arbitrati sunt*) oznacza epokę pierwszego Rzymian do świątyni wtargnięcia pod Pompejusem (c. 9: *Romanorum... arcana*).

Congruentibus: *scil. cum cultu Liberi.*

Prospectant: *i. e. prospectum praebent*; tak III 60, *Ann.* IV 67, XIV 9; odnosi się do *terra finesque.*

Exuberant... morem. 1-o *Exuberant: i. e. superabundant*; tak w rękopisach; tak *Dial.* 30, *Ann.* XIV 53. 2-o *Nostrum ad morem*: odnosi się wyłącznie do *fruges*.

Erigit... fidumque. 1-o *Erigit*: *scil. terra*; tak *G.* 27. 2-o *Fidum*: mogą mu zaufać, że im nieda stopnieć; podobnie *Ov. met.* VII 191: *nox... arcanis... fidissima.*

Alit funditque. 1-o *Alit*: dopływami; tak *Hor. od.* IV 2, 5: *imbres quem* (*amnem*) *super notas aluere ripas.* 2-o *Fundit:*

lago accipitur, sed unum atque alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur. lacus inmenso ambitu, specie maris, sapore corruptior, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento inpellitur neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. incertae undae; superiacta ut solido ferunt; periti imperitique nandi perinde attolluntur. certo anni tepor bitumen egerit, cuius legendi usum ut ceteras artes experientia docuit. ater suapte natura liquor et sparso aceto concretus innatat: hunc, manu captum, quibus ea cura, in summa navis trahunt; inde nullo iuvante influit oneratque, donec abscindas. nec abscindere aere ferrove possis: fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo feminae per menses exsolvuntur. sic veteres auctores; sed gnari locorum tradunt undantes bitumine moles pelli manuque trahi ad litus, mox, ubi vapore terrae, vique solis inaruerint, securibus cuneisque ut trabes aut saxa discindi.

VII. Haud procul inde campi, quos ferunt, olim uberes magnisque urbibus habitatos, fulminum iactu arsisse, et manere vestigia, terramque ipsam, specie torrida, vim frugiferam perdidisse: nam cuncta sponte edita aut manu sata, sive herbas tenues aut flores seu solitam in speciem adolevere, atra et inania velut in

scil. gignit; tak *Verg. G.* I 13; *id. Aen.* VIII 138: *quem... Maja... fudit.*

Corruptior: scil. lacus tertius quam mare.

Incertae undae: *scil. sunt;* tak w rękopisach. Sens: *incertum est utrum sint undae an solidum.*

Tepor: tak uzupełniam, przez wydawców opuszczane, rękopismienne *tpr.*

Fugit: tak samo sztuczne, jak (wyżej) *pavent.*

Torrida: tak w rękopisach; razem z *specie* jest *abl. qualitatis.*

Sive... vanescunt. 1-o *Herbas... flores:* tak w rękopisach. 2-o *In*: *s. v. si... relinquerentur* I 65. 3-o *Aut flores*: podporządkowane pod *sive.*

cinerem vanescunt. ego sicut inclutas quondam urbes igne caelesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi superfusum spiritum, eoque fetus segetum et autumni putrescere reor, solo caeloque iuxta gravi. et Belus amnis Iudaico mari inlabitur, circa cuius os lectae harenae, admixto nitro, in vitrum excocuntur: modicum id litus et egerentibus inexhaustum.

VIII. Magna pars Iudaeae vicis dispergitur: habent et oppida: Hierosolyma genti caput. illic inmensae opulentiae templum, et primis munimentis urbs, dein regia, templum intimis clausum. ad fores tantum Iudaeo aditus, imine praeter sacerdotes arcebantur. dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit, despectissima pars servientium: postquam Macedones praepotuere, rex Antiochus demere superstitionem et mores Graecorum dare adnisus, quo minus taeterrimam gentem in melius

Ego... gravi. 1-o *Igne*: wraz z *lacus, terra, spiritum* wyraża cztery elementa. 2-o *Superfusum*: *scil. super terram.* 3-o *Gravi*: *i. e. noxio valetudini.*

Et (*Belus*): przeciwstawia wyrazy *Belus... inlabitur* temu co powiedziano w c. 6: *nec... accipitur.* Tak *et* antytetyczne w I 5 *et* (*Nymphidius*), 10 *et* (*cui*), IV 33 *et* (*inbecillior*), V 7 *et* (*inexhaustum*), 21 *et* (*jussum*).

Iudaeae: *scil. Iudaeorum*; tak kraj za mieszkańców w I 51 *pars Galliarum... accolit*, III 60 *oram descivisse*, IV 25 *adcursu... provinciarum; Caes. b. g.* I 12: *hic* (*Tigurinus*) *pagus unus, cum domo exisset, interfecerat; id. ib.* I 37: *pagos... consedisse.* Tym domyślnym podmiotem „*Iudaei*" tłomaczy się następne *habent.* Przeciwnie mieszkańcy w znaczeniu kraju, np. w I 70 *in Helvetiis*, II 22 *in Batavis*, IV 18 *in Frisios*, 72 *e Mediomatricis*, i, co dziwniejsze, *G.* 39: (*Semnones*) *centum pagis habitantur.*

Ad... arcebantur. 1-o *Tantum*: odnosi się do *Iudaeo.* 2-o *Arcebantur*: *scil. Iudaei*; czas przeszły, bo świątynia nie istnieje.

Servientium: podwładnych władzcom despotycznym; tak w IV 8, 17, 32.

Praepotuere: *i. e. praepotentes fuere*; tak w rękopisach.

mutaret, Parthorum bello prohibitus est; nam ea tempestate Arsaces desciverat. tum Iudaei, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis, et Romani procul erant, sibi ipsi reges inposuere: qui, mobilitate vulgi expulsi, resumpta per arma dominatione, fugas civium, urbium eversiones, fratrum coniugum parentum neces aliaque solita regibus ausi, superstitionem fovebant, quia honor sacerdotii, firmamentum potentiae, adsumebatur.

IX. Romanorum primus Cn. Pompeius Iudaeos domuit, templumque iure victoriae ingressus est: inde vulgatum, nulla intus deum effigie, vacuam sedem et inania arcana. muri Hierosolymorum diruti, delubrum mansit: mox, civili inter nos bello, postquam in dicionem M. Antonii provinciae cesserant, rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ventidio, et Parthi trans Euphraten redacti, Iudaeos C. Sosius subegit. regnum, ab Antonio Herodi datum, victor Augustus auxit. post mortem Herodis, nihil exspectato Caesare, Simo quidam regium nomen invaserat. is a Quintilio Varo, obtinente Suriam, punitus, et gentem coercitam liberi Herodis tripertito rexere. sub Tiberio quies; dein, iussi a Gaio Caesare effigiem eius in templo locare, arma potius sumpsere: quem motum Caesaris mors diremit. Claudius, defunctis regibus aut ad modicum redactis, Iudaeam provinciam

Fugas: *i. e. exilia*; tak c. 24, *Agr.* 45, *Ann.* III 24, XIV 64.

Rex... reducti: scil. fuerant; odnosi się do *postquam.*

Caesare: scil. (*Augusti*) *Caesaris auctoritate*; tak I 76: *exspectata... auctoritate.*

Iudaeam... accepta. 1-o *Quibus*: odnosi się tylko do *libertis*; dla tego (poniżej) *servili ingenio.* 2-o *Omnia*: *scil. saevitiam ac libidinem;* tak w rękopisach. 3-o *Matrimonia*: żony; tak *Ann.* XI 13 (*s. v. flagitiis* II 16); tak w rękopisach. O tymże Felixie *Suet. Cl.* 28: *trium reginarum maritum.* Tem rozumieniem i *libidinem* i *jus regium* właściwej barwy nabiera.

equitibus Romanis aut libertis permisit, e quibus Antonius Felix, per omnia, saevitiam ac libidinem, ius regium servili ingenio exercuit, Drusilla, Cleopatrae et Antonii nepte, in matrimonia accepta, ut eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.

X. Duravit tamen patientia Iudaeis usque ad Gessium Florum procuratorem: sub eo bellum ortum: et comprimere coeptantem Cestium Gallum, Suriae legatum, varia proelia ac saepius adversa excepere; qui ubi fato aut taedio occidit, missu Neronis Vespasianus fortuna famaque et egregiis ministris intra duas aestates cuncta camporum omnesque praeter Hierosolyma urbes victore exercitu tenebat. proximus annus, civili bello intentus, quantum ad Iudaeos, per otium transiit. pace per Italiam parata et externae curae rediere: augebat iras, quod soli Iudaei non cessissent; simul manere apud exercitus Titum ad omnes principatus novi eventus casusve utile videbatur.

XI. Igitur, castris, uti diximus, ante moenia Hierosolymorum positis, instructas legiones ostentavit: Iudaei sub ipsos muros struxere acies, rebus secundis longius ausuri et, si pellerentur, parato perfugio. missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certavit; mox cessere hostes, et sequentibus diebus crebra pro portis proelia serebant, donec, adsiduis damnis, intra moenia pellerentur. Romani ad obpugnandum versi: neque enim dignum videbatur famem hostium opperiri, poscebantque pericula, pars virtute, multi ferocia et cupidine praemiorum. ipsi Tito Roma et opes voluptatesque ante

Camporum: w przeciwieństwie do *urbes*; tak II 17 *camporum et urbium*.

Proximus: 69-y.

Adsiduis: *i. e. continuis*; *Ov. met.* II 69: *assidua rapitur vertigine coelum.*

oculos, ac, ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. sed urbem arduam situ opera molesque firmaverant, quis vel plana satis munirentur: nam duos colles in inmensum editos claudebant muri per artem obliqui aut introrsus sinuati, ut latera obpugnantium ad ictus patescerent; extrema rupis abrupta, et turres, ubi mons iuvisset, in sexaginta pedes, inter devexa in centenos vicenosque attollebantur, mira specie ac procul intuentibus pares. alia intus moenia, regiae circumiecta, conspicuoque fastigio turris Antonia, in honorem M. Antonii ab Herode appellata.

XII. Templum in modum arcis, propriique muri labore et opere ante alios: ipsae porticus, quis templum ambibatur, egregium propugnaculum: fons perennis aquae, cavati sub terra montes et piscinae cisternaeque servandis imbribus. providerant conditores ex diversitate morum crebra bella: inde cuncta quamvis adversus longum obsidium: et a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstravere: atque, per avaritiam Claudianorum temporum empto iure muniendi, struxere muros, in pace tamquam — ad bellum. magna conluvie et ceterarum

Morari: *scil. Hierosolyma* (*nominativus*) *opes voluptatesque* (*accus.*) *retardare.*

Templum: do *bellum* mowa tylko o świątyni.

Ambibatur: czas przeszły, bo rzecz nieistnieje; tak samo *claudebant* i *attollebantur* w c. 11.

Inde... obsidium. 1-o *Inde: causale.* 2-o *Cuncta*: *scil. provisa.* 3-o *Quamvis*: *s. v. si... relinquerentur* I 65.

Et... monstravere. 1-o Objaśnienie do *cuncta... obsidium.* 2-o *Usus*: pożytek; tak częstokroć. 3-o *Monstravere*: *i. e. docuere.*

Per... bellum. 1-o *Per*: *temporale.* 2-o *Tamquam*: Żydzi, chcąc budować mur wkoło świątyni, niemogli oznajmiać, że zamierzają to czynić w celu przygotowania się do wojny; więc nieodnosi się do *ad bellum* ale do *in pace* (*s. v. si... relinquerentur* I 65).

Magna... agebant. 1-o *Conluvie:* sprawiona *ceterarum* (*scil.*

urbium clade aucti,—nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat--,eoques editiosius agebant. tres duces, totidem exercitus: extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes, quem et Bargioram vocabant, templum Eleazarus firmaverat; multitudine et armis Ioannes ac Simo, Eleazarus loco pollebat. sed proelia dolus incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta: mox Ioannes, missis per speciem sacrificandi, qui Eleazarum manumque eius obtruncarent, templo potitur. ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret.

XIII. Evenerant prodigia, quae neque hostiis neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa: visae per caelum concurrere acies, rutilantia arma, et subito nubium igne conlucere templum; expassae repente delubri fores, et audita maior humana vox excedere deos, simul ingens motus excedentium. quae pauci in metum trahebant: pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum poterentur. quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerat; sed vulgus, more humanae cupidinis, sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne

quam Hierosolymorum) *urbium clade*. 2-o *Aucti*: odnosi się do *agebant*; tak II 68: *intentus*(...) *agit*. 3-o *Seditiosius*: względem swojej, Żydowskiej, władzy; ztąd (niżej) *proelia... discessit*.

Quae... gens. 1-o *Votis*: modły; tak I 50, II 37, IV 8; *Plin. ep*. X 90: *vota... quibus precaris*. 2-o *Piare*: *Ov. fasti* III 31: *fulmen... piari*; nieodpokutowali, i katastrofa przyszła. 3-o *Religionibus:* rzymskim obrządkom religijnym.

Conlucere. scil. visum.

Expassae: forma usprawiedliwiona jednym z rękopisów; inne mają *expertae*, uznane powszechnie za niedopuszczalne.

adversis quidem ad vera mutabantur. multitudinem obsessorum omnis aetatis, virile ac muliebre secus, sexcenta milia fuisse accepimus: arma cunctis, qui ferre possent: et plures quam pro numero audebant. obstinatio viris feminisque par ac, si transferre sedes cogerentur, maior vitae metus quam mortis. hanc adversus urbem gentemque Caesar Titus, quando inpetus et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit: dividuntur legionibus munia, et quies proeliorum fuit, donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres aut novis ingeniis struerentur.

XIV. At Civilis, post malam in Treveris pugnam reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera Castra consedit, tutus loco, et ut memoria prosperarum illic rerum augescerent barbarorum animi. secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis, adventu secundae et sextae et quartae decumae legionum: cohortesque et alae iam pridem accitae post victoriam properaverant. neuter ducum cunctator, sed arcebat latitudo camporum suopte ingenio umentium: addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu revolutus amnis adiacentibus superfunderetur. ea loci forma, incertis vadis subdola et nobis adversa: quippe miles Romanus armis gravis et nandi pavidus, Germanos, fluminibus suetos, levitas armorum et proceritas corporum attollit.

XV. Igitur lacessentibus Batavis, ferocissimo cuique

Duplicatis... legionum. 1- *Duplicatis*: *s. v. legiones... obstrictas* nb. IV 76. 2-o *Adventu... legionum:* IV 68 *secunda,* V 16 *sextae,* IV 79, V 16.

Arcebat: *i. e. alterum ab altero distinebat*; tak II 17, III 38, IV 74.

Incertis... vadis: tak *Ann.* I 63, XII 33; podobnie III 17 *incerto alveo*, V 6 *incertae undae*, *Ann.* I 63 *rivis incerta*, 70 *neque discerni poterant incerta ab solidis.*

Igitur: odnosi się do *lacessentibus Batavis.*

nostrorum coeptum certamen; deinde orta trepidatio, cum praealtis paludibus arma equi haurirentur. Germani notis vadis persultabant, omissa plerumque fronte latera ac terga circumvenientes: neque, ut in pedestri acie, comminus minus certabatur: sed tamquam navali pugna vagi inter undas aut, si quid stabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, vulneratis cum integris, periti nandi cum ignaris in mutuam perniciem inplicabantur. minor tamen quam pro tumultu caedes, quia, non ausi egredi paludem, Germani in castra rediere. eius proelii eventus utrumque ducem, diversis animi motibus, ad maturandum summae rei discrimen erexit: Civilis instare fortunae, Cerialis abolere ignominiam. Germani prosperis feroces, Romanos pudor excitaverat. nox apud barbaros cantu aut clamore, nostris per iram et minas acta.

Orta: *scil. apud Romanos.*

